ADVOCATORUM
BIBLIOTHECA

ADV. MS. 18.8.11

Advocates'
Library.
Edinburgh.

Psalterium
Ricardj Marishell.
Abbatis de Cūlenrosse vel
Cūlros. in Ao. 1305.

Ex libris
Ja: Balfourij Kynardiae
Militis Leonis Arm: Regis
1630.



Ianuarius hr̄ dies xxx. lunar. xxix

iii	a			Circumcisio dn̄i	
	b	iiii	N	Octa sci ephi.	xiii
xi	c	iii	N	Octa sci iohannis euangl	
	d	ii	N	Octa s. innocentiu	
xix	e		Nonas	Octa sci thome mrs.	vigil.
viii	f	viii	Id	Epiphania dn̄i.	xiii. ii m.
	g	vii	Id		
xvi	a	vi	Id	Claues tmiorz septimag	
v	b	v	Id		
	c	iiii	Id	Sci felani albis	
xiii	d	iii	Id	Pauli primi heremite. sci willi. epi.	xiii
ii	e	ii	Id	Comemoratio epor z albis in [illegible]	
	f		Idus		
x	g	xix	kl	Octa epiphie. xii l. hillarij z reuigij epi	
	a	xviii	kl	ffelicis nipotis	
xviii	b	xvii	kl	Sci mauri albis	
vii	c	xvi	kl	Marcelli mris	
	d	xv	kl	Speusippi. eleusippi meleusippi m̄ z antonij [illegible]	
xv	e	xiiii	kl	Prisce virgis et mris	
iiii	f	xiii	kl	S fabiani z sebastiani m̄.	
	g	xii	kl	Agnetis virginis z m̄	
xii	a	xi	kl	Vincencij mris.	
i	b	x	kl	S emerentiam virgis z m̄.	
	c	ix	kl		
ix	d	viii	kl	Conuersio sci. Pauli pricti epi z m̄.	
	e	vii	kl		
xvii	f	vi	kl		
vi	g	v	kl	Agnetis scd.	
	a	iiii	kl	Iuliani epi z cf.	
xiiii	b	iii	kl		
iii	c	ii	kl	Post xvi kl febr. v [illegible]	

Advocates Library
Edinburgh



Kl' scē bugide vgi.

Nonis S agnethe vrgīs ⁊ uirg
vedasti ⁊ timothei epozum
tercium Kl' scī ih̄u dom aspō bene.

Sothemo iurgio ep̄o Scolastice vgi ep̄e

Idus.

S valentini ep̄i ⁊ mar fidei ⁊ zenonis.

Iuliane vrgis ⁊ uirīs. romani.

Vitonis scī quirici ⁊ sociorum
ministeriū ep̄i petri
ciuitū apti ep̄i ⁊ mr.



a) Ariānus. b) reco.

Sā albinū epī z c. ſ) nunciant cōuiu.

m	d			
	e	vi		
xi	f	v		
xiv	g	iiii		
viii	A	iii		
	b	ii		
xvi	c	i		
v	d	viii	id'	
	e	vii	id'	
xiii	f	vi	id'	
ii	g	v	id'	
	A	iiii	id'	
x	b	iii	id'	
	c	ii	id'	
xviii	d	i	xii'	
vii	e	xii	xii'	
	f	xi	xii'	
xv	g	x	xii'	
	A	ix	xii'	
xiii	b	viii	xii'	
	c	vii	xii'	
i	d	vi	xii'	
	e	v	xii'	
ix	f	iiii	xii'	
	g	iii	xii'	
xviii	A	ii	xii'	
vii	b	i	xii'	
	c	xii	xii'	
xiii	d	xi	xii'	
	e	x	xii'	

Ianuarius habet dies xxxi

Kl'as ianuarii

Octauas dñi

Octauas dñi

Octauas dñi



Aprilis

xi	g	iiii	℞	
	a	iii	℞	
xix	b	ii	℞	Ambrosij epi. xvi l. i m.
viii	c	Nonas		Ultima incensio lune paschalis
xvi	d	viii	ld	prima incensio lune rogacionum.
v	e	vii	ld	
	f	vi	ld	
xiii	g	v	ld	
ii	a	iiii	ld	
	b	iii	ld	
x	c	ii	ld	
	d			
	e	Idus		
xviii	f	xviii	lx	Mai. Tiburcij et Valeriani et Maximi m.
vii	g	xvii	lx	Clavis terminorum rogacionum.
	a	xvi	lx	
xv	b	xv	lx	Sol in tauro
iiii	c	xiii	lx	Ultimus terminus pasche
	d	xiii	lx	
xii	e	xii	lx	
i	f	xi	lx	
	g	x	lx	
ix	a	ix	lx	Georgij martis
	b	viii	lx	
xvii	c	vii	lx	S. Maria evangeliste.
vi	d	vi	lx	
	e	v	lx	
xiiii	f	iiii	lx	Sci vitalis martis co. xvi l.
iii	g	iii	lx	Clavis terminorum pentecostes. Rob. Albis
	a	ii	lx	Petri martis xvi l. i m. Sci Hugonis cf.



Maius.

xi	b			Apostolorum philippi et iacobi.	xvi l.
	c	vi	l.		ii m. co
xiv	d	v	l.	Iuuenalis sancti crucis. S. alexandri euencii et theod.	
viii	e	iiii	l.	Vltima incensio lune rogationum.	
	f	iii	l.		
xvi	g	ii	l.	Sancti iohannis ante portam latinam.	xii l. i m.
v		Nonas			
	b	viii	id.	petri episcopi et confessoris	xii l. i m.
xiii	c	vii	id.	Primus tenuius penteroste	
ii	d	vi	id.	gordiani et epimachi.	commemoratio
	e	v	id.	Mamerti episcopi et confessoris.	commemoratio
x	f	iiii	id.	Nerei achillei atque pancratii.	commemoratio
	g	iii	id.	Seruatii episcopi et confessoris.	commemoratio
xviii	a	ii	id.		
vii	b	Idus			
	c	xvii	kl.	Iunii	Sol in geminis.
xv	d	xvi	kl.		
iiii	e	xv	kl.		
	f	xiiii	kl.	potentiane virginis	commemoratio
xii	g	xiii	kl.		
i	a	xii	kl.		
	b	xi	kl.		
ix	c	x	kl.	desiderii episcopi et martiris.	commemoratio. Vltimus tenuius penteroste
	d		kl.	donatiani et rogatiani.	commemoratio
xviii	e	viii	kl.	vrbani pape et martiris.	commemoratio
vi	f	vii	kl.		
	g	vi	kl.		
xiiii	a	v	kl.		
iii	b	iiii	kl.		
	c	iii	kl.		Vltime rogationes.
xi	d	ii	kl.	petronille virginis commemoratio	



Jun.º

Octauo decimo kl' Julij.

Octauo decimo kl' Julij.

Octauo decimo kl' Julij.



				Julius
xix				Sci Sernani pp. xii l. ii m. ott. sci iohis
viii	a	vi	ii	Processi et martiniani m. co
	b	v	ii	
xvi	c	iiii	ii	Translatio sci martini co
v	d	iii	ii	
	e	ii	ii	Oct. aplorum xii l. i m.
xiii	f	Nonas		Translatio sci thome mris xii l. i m.
ii	g	viii	id	
	a	vii	id	
x	b	vi	id	Scorum vii fratrum.
	c	v	id	Translatio sci benedicti
xviii	d	iiii	id	
vii	e	iii	id	
	f	ii	id	Hic incipiunt dies tam maiores.
xv	g	Idus		
iiii	a	xviii	kl	Augusti
	b	xvi	kl	
xii	c	xv	kl	
i	d	xiiii	kl	
	e	xiii	kl	Scte margarete virginis et m. xii l. ii m.
ix	f	xii	kl	Praxedis virginis com.
	g	xi	kl	Scte marie magdalene. xii l. ii m.
xviii	a	x	kl	appollinaris epi et mris co
vi	b	ix	kl	xpine virginis et martiris. virg.
	c	viii	kl	Sci iacobi apli xpofori et tucufati m. xii l.
xiiii	d	vii	kl	Scte anne matris marie
iii	e	vi	kl	
	f	v	kl	Nazarei et celsi et pantaleonis m.
xi	g	iiii	kl	Felicis epi et m. co. Simplicii fausti et bea m.
xix	a	iii	kl	s. abdon et senen m. co.
	b	ii	kl	Germani epi et conf. co.

hic fit luna prima. q. debet esse xxx. sal tuus lune.

Augustus.

viii	c			Adiuncta sancti petri. sanctorum machabeorum consilii.
xvi	d	iiii	Ad	sancti stephani pape et mi. con
v	e	ii	Ad	Inventio sancti stephani prothomartiris xii l. i m.
	f	ii	Ad	
xiii	g	Nonas		Sancti dionisii confessoris. xii l. i m.
ii	a	viii	id	Sixti pape et mi. con felicissimi et agapiti
	b	vii	id	Donati epi. con
x	c	vi	id	Ciriaci cum socio s. con
	d	v	id	vigil. Romani mi. con
xviii	e	iiii	id	Sancti laurencii martiris xii l. ii m.
vii	f	iii	id	Tiburcii martiris con Corona domini mri.
	g	ii	id	
xv	a	Idus		Ypoliti sociorumque eius
iiii	b	xix	kl	Septembris vigil. con Eusebii presbiteri
	c	xviii	kl	Assumptio sancte marie xii l. ii m.
xii	d	xvii	kl	
i	e	xvi	kl	Octavi sancti laurencii tem Mametis martiris con
	f	xv	kl	Agapiti martiris con.
ix	g	xiiii	kl	
	a	xiii	kl	Sancti ciriaci albis xii l. ii m.
xvii	b	xii	kl	xii l. i m.
vi	c	xi	kl	Octavi assumptionis. Timothei et syphoriani. con
	d	x	kl	
xiiii	e	ix	kl	Sancti Bartholomei apostoli xii l. i m. Augustinus oriens
iii	f	viii	kl	Genesii martiris con
	g	vii	kl	
xi	a	vi	kl	Rufi martiris con
xix	b	v	kl	Augustini epi xii l. i m. Hermetis mi. con.
	c	iiii	kl	Decollatio sancti iohannis baptiste xii l. i m. sabine virginis con
viii	d	iii	kl	Felicis et adaucti martirum. con
	e	ii	kl	



Septembr.

xvi	f			Prisci mr̄is cō. Egidij albis cō
v	g	iiii	R	hic [illegible] epacto
	a	iii	R	
xiii	b	ii	R	Marcelli mr̄is. cō Bulla cō sci [illegible]
ii	c	Nonas		
	d	viii	Id	
x	e	vii	Id	Eurici epi. cō.
	f	vi	Id	Natiuitas bte marie [illegible] Idem cō. cō.
xviii	g	v	Id	gordiani mr̄is cō
vii	a	iiii	Id	
	b	iii	Id	prothi et iacinti cō
xv	c	ii	Id	
iiii	d	Idus		
	e	xviii	Kl	Exaltacio sce crucis Cornelij cypri cā.
xii	f	xvii	Kl	Nichomedis m̄.
i	g	xvi	Kl	Eufemie iuginis et [illegible] [illegible] epi lucie et
	a	xiiii	Kl	sci lamberti epi. et [illegible] geniti
ix	b	xiii	Kl	Absolucio fem̄ et [illegible]
	c	xii	Kl	Sequani albis cō
xvii	d	xi	Kl	vigil [illegible]
vi	e	x	Kl	Sci mathei apti et [illegible]
	f	ix	Kl	[illegible]
xiiii	g	viii	Kl	Mauricij tm̄ socijs suis [illegible]
iii	a	vii	Kl	Rudolphi thirsij et felicis cō
	b	vi	Kl	
xi	c	v	Kl	
xix	d	iiii	Kl	Cosme et damiani [illegible] cō
	e	iii	Kl	
viii	f	ii	Kl	Sci michaelis archi [illegible]
	g	ii	Kl	Sci ieronimi presbiti. [illegible]

Octobr

xvi	a			Remigij epi. xvi l. Germani nedasti.
v	b	vi		Leodegarij epi. co
xiii	c	v		
ii	d	iiii		Francisci. xii l. i m.
	e	iii		
x	f	ii		
	g			Nonas Marci pp. co Marcelli apulei. Sergij et bachij. co
xviii	a	viii	id	
vii	b	vii	id	S dionisij cum socijs suis. xii l. ii m.
	c	vi	id	
xv	d	v	id	
iiii	e	iiii	id	
	f	iii	id	S Fridoce virginis. Fin d.
xii	g	ii	id	Calixti pp. et m. co.
i	a			Idus.
	b	xvii		Novembr
ix	c	xvi		
	d	xv		S luce evangeliste. xii l. ii m.
xvii	e	xiiii		
vi	f	xiii		
	g	xii		Undecim milium virginum.
xiiii	a	xi		
iii	b	x		
	c	ix		
xi	d	viii		Crispini et crispiniani. m. co
xix	e	vii		
	f	vi		vigil.
viii	g	v		Apostolorum symonis et iude. xii l. ii m.
	a	iiii		
xvi	b	iii		
v	c	ii		Sancti quintini m. co. vigil.



Nouembr.

festiuitas omnium sanctorum l. cesarij et benigni co

xiii	e	iii	ii	Commemoratio omnium fidelium defunctorum
ii	f	iii	ii	
	g	ii	ii	
x	a	Nonas		Malachie epi.
	b	viii	id	
xviii	c	vii	id	
vii	d	vi	id	Quatuor coronatorum co
	e	v	id	theodori martiris co
xv	f	iiii	id	
iiii	g	iii	id	sancti martini epi. xiiii. ii m. Mene m. co
	a	ii	id	
xii	b	Idus		Brici epi. co
i	c	xviii	kl	Decembr.
	d	xvii	kl	
ix	e	xvi	kl	edmundi archiepi.
	f	xv	kl	Auiani epi. co
xviii	g	xiiii	kl	
vi	a	xiii	kl	elizabeth iudua. co
	b	xii	kl	Commemoratio sancti [illegible]
xiiii	c	xi	kl	columbani abbatis co
iii	d	x	kl	Cecilie virginis et m.
	e	ix	kl	clementis pape et m. febrarii m.
xi	f	viii	kl	grisogoni m.
xiii	g	vii	kl	katerine virginis et m.
	a	vi	kl	
viii	b	v	kl	Agricole et vitalis m. co
	c	iiii	kl	
xvi	d	iii	kl	Saturnini m. co vigil.
v	e	ii	kl	sancti andree epi.

Decembr

xiii	f	[illegible]		Crisanti mauri et darie m̄	cō elegi epi
ii	g	iiii	[illegible]		
	a	iii	[illegible]		
x	b	ii	[illegible]		
	c	Nonas			
xviii	d	viii	Id'	sc̄i nicholai epi	xii l' ii m̄
vii	e	vii	Id'	Octi sc̄i andree	cō
	f	vi	Id'	Concepcō bē marie	xii l' ii m̄
xv	g	v			
iiii	a	iiii	[illegible]		
	b	iii	Id'	Damasci pp̄e	cō
xii	c	ii	Id'		
i	d	Idus		Lucie virgis	xii l' i m̄
	e	[illegible]	[illegible]		
ix	f	[illegible]	[illegible]		
	g	[illegible]	[illegible]	Scē barbare virgis	cō
xvii	a	[illegible]	[illegible]	O sapiā	
vi	b	[illegible]	[illegible]		
	c	[illegible]	[illegible]		
xiiii	d	[illegible]	[illegible]		
iii	e	[illegible]	[illegible]	Thome apli	xii l' ii m̄
	f	[illegible]	[illegible]		
xi	g	[illegible]	[illegible]		
xix	a	[illegible]	[illegible]	vigil'	
	b	[illegible]	[illegible]	Calixti dni nr̄i ihū	x xii l'
viii	c	[illegible]	[illegible]	sc̄i stephani prothomartis	xii l'
	d	[illegible]	[illegible]	sc̄i iohannis apli et euang	xii l'
xvi	e	[illegible]	[illegible]	scōrum innocentium	xii l'
v	f	[illegible]	[illegible]	sc̄i thome [illegible] epi	xii l'
	g	[illegible]	[illegible]		
xix	a	[illegible]	[illegible]	Siluestri pp̄e	

Hoc fieri fecit [illegible] marchel quōdam [illegible]
de [illegible] quē [illegible] et in eum.



Beatus vir qui
non abiit in consi
lio impiorum & in
via peccatorum non
stetit & in cathedra
pestilentiae non sedit.
sed in lege domini voluntas eius et in le
ge eius meditabit die ac nocte.
Et erit tamquam lignum quod plantatum
est secus decursus aquarum quod fructum
suum dabit in tempore suo.
Et folium eius non defluet & omnia q
cumque faciet semper prosperabuntur.
Non sic impii non sic sed tamquam pulvis quem
proicit ventus a facie terre.
Ideo non resurgunt impii in iudicio neq;
peccatores in consilio iustorum.
Quoniam novit dominus viam iustorum

et iter impiorum peribit.

Quare fremuerunt gentes: & populi meditati sunt inania.

Astiterunt reges terre & principes convenerunt in unum: adversus dominum & adversus christum eius.

Dirumpamus vincula eorum & proiciamus a nobis iugum ipsorum.

Qui habitat in celis irridebit eos: & dominus subsannabit eos.

Tunc loquetur ad eos in ira sua: & in furore suo conturbabit eos.

Ego autem constitutus sum rex ab eo super sion montem sanctum eius: predicans preceptum eius.

Dominus dixit ad me filius meus es tu: ego hodie genui te.

Postula a me & dabo tibi gentes hereditatem tuam & possessionem tuam terminos terre.

Reges eos in virga ferrea: & tanquam

uas figuli confringes eos.
Et nunc reges intelligite: erudimini
qui iudicatis terram.
Seruite domino in timore: et exultate
ei cum tremore.
Apprehendite disciplinam: nequando irasca-
tur dominus et pereatis de via iusta.
Cum exarserit in breui ira eius: beati
omnes qui confidunt in eo.
Domine quid multiplicati sunt
qui tribulant me: multi insurgunt aduersum me.
Multi dicunt anime mee: non est salus
ipsi in deo eius.
Tu autem domine susceptor meus es:
gloria mea et exaltans caput meum.
Voce mea ad dominum clamaui et exaudi-
uit me de monte sancto suo.
Ego dormiui et soporatus sum: et exur

rexi q̄a dominus suscepit me
Non timebo milia populi circumdan
tis me: exurge domine saluum me
fac deus meus.
Quoniam tu percussisti omnes aduersantes mihi
sine causa dentes peccatorum contriuisti.
Domini est salus et super populum tuum benedictio tua.
Cum inuocarem exaudiuit me
deus iusticie mee: in tribulacio
ne dilatasti michi
Miserere mei: et exaudi oracionem meam.
Filii hominum usquequo graui corde:
ut quid diligitis uanitatem et quaeritis mendacium.
Scitote quoniam mirificauit dominus sanctum suum. dominus
exaudiet me cum clamauero ad eum
irascimini et nolite peccare: que dicitis
in cordibus uestris in cubilibus uestris compungi.
Sacrificate sacrificium iusticie et sperate in

me: neq; in ira tua corri. me.
Miserere mei domine quoniam infirmus sum:
sana me domine quoniam contur. sunt omnia ossa mea.
Et anima mea turbata est valde sed tu dominus.
Convertere domine et eripe animam meam:
salvum me fac propter misericordiam tuam.
Quoniam non est in morte qui memor sit tui: in
inferno autem quis confitebitur tibi.
Laboravi in gemitu meo: lavabo per
singulas noctes lectum meum lacrimis
meis stratum meum rigabo.
Turbatus est a furore oculus meus in
veteranum inter omnes inimicos meos.
Discedite a me omnes qui operamini iniqui
tatem quoniam exaudivit dominus vocem fle. mei.
Exaudivit dominus deprecationem meam: dominus
orationem meam suscepit.
Erubescant et conturbentur vehementer.

Serviste domino in timore

fe. q. ad primam

Omnes inimici mei: conuertantur
et exubescant ualde uelociter.
Domine deus meus in te speraui:
saluum me fac ex omnibus persequentibus me et libera me.
Ne quando rapiat ut leo animam meam: dum non est qui redimat neque qui sal. fa.
Domine deus meus si feci istud si est iniquitas in manibus meis.
Si reddidi retribuentibus mihi mala decidam merito ab inimicis meis manus.
Persequatur inimicus animam meam et comprehendat et conculcet in terra uitam meam et gloriam meam in puluerem deducat.
Exurge domine in ira tua et exaltare in finibus inimicorum meorum.
Et exurge domine deus meus in precepto quod mandasti et synagoga populorum circumdet te.

Et propter hanc in altum regredere: domi
nus iudicat populos.
Iudica me domine secundum iusticiam me
am: et secundum innocentiam meam super me.
Consumetur nequicia peccatorum: et diri
ges iustum scrutans corda et renes deus.
Iustum adiutorium meum a domino. qui
salvos facit rectos corde.
Deus iudex iustus fortis et paciens: nun
quid nascitur per singulos dies.
Nisi conversi fuerit gladium suum inbrabit:
arcum suum tetendit et paravit illum.
Et in eo paravit vasa mortis sagittas
suas ardentibus effecit. Ecce parturit
iniusticiam concepit dolorem et peperit iniquitatem
Lacum aperuit et effudit eum et incidit in foveam
Convertetur dolor eius in ca[illegible] qui fecit.
pedum eius et in verticem ipsius iniquitas eius descendet.

Confitebor domino secundum iusticiam
eius et psallam nomini domini altissimi.
Domine dominus noster quam admirabile est
nomen tuum in universa terra.
Quoniam elevata est magnificencia tua. super c.
x ore infancium et lacencium perfecisti
laudem propter inimicos tuos ut destru-
as inimicum et ultorem.
Quoniam videbo celos tuos opera digitorum
tuorum lunam et stellas que tu fundasti.
Quid est homo quod memor es eius aut
filius hominis quoniam visitas eum.
Minuisti eum paulominus ab angel-
ghia et honore coronasti eum et con-
stituisti eum super opera manuum tuarum
omnia subiecisti sub pedibus eius.
oves et boves universas insuper et pecora.
Volucres celi et pisces maris qui per-

bulant semitas maris.
Dñe dñs nr̄ q̄ admirabile ē nomen tu
um in universa terra.
Confitebor tibi dñe in toto cor
de meo narrabo oīa mirabilia t̄.
Letabor ⁊ exultabo in te psallam no
mini tuo altissime.
In convertendo inimicum meum retror
sum īfirmabit̄ ⁊ ꝑibūt a facie tua.
Quā fecisti iudiciū meum ⁊ causā meā:
sedisti sup̄ tronū qui iudicas iusticiā.
Increpasti gentes ⁊ ꝑiit impius: no
men eorum delesti metuū ⁊ ī scl̄z. scli.
Inimici defecerunt framee in finem ⁊
civitates eorum destruxisti.
Periit memoria eorum cum sonitu:
⁊ dñs metuum ꝑmanet.
Paravit in iudicio tronum suū: ⁊ ip̄

iudicabit orbem terre in equitate: iudi
cabit populos in iustitia.
Et factus est dominus refugium pau
peri adiutor in oportunitatibus in tribulatione.
Et sperent in te qui noverunt nomen tuum:
quoniam non dereliquisti querentes te domine.
Psallite domino qui habitat in syon: an
nunciate inter gentes studia eius.
Quoniam requirens sanguinem eorum recor
datus est et non est oblitus clamorem pauperum.
Miserere mei domine vide humilitatem
meam de inimicis meis.
Tu exaltas me de portis mortis: ut
annunciem omnes laudationes tuas
in portis filie syon.
Exultabo in salutari tuo infixe sunt
gentes in interitu quem fecerunt.
In laqueo isto quem abscondecunt.

comprehensus est pes eorum.

Cognoscetur dominus iudicia faciens
in operibus manuum suarum comprehensus est peccator

Conuertantur peccatores in infernum:
omnes gentes que obliuiscuntur deum.

Quoniam non in finem obliuio erit pauperis:
patientia pauperum non peribit in finem. A dnc de Inte spem

Exurge domine non confortetur homo
iudicentur gentes in conspectu tuo.

Constitue domine legislatorem super eos
sciant gentes quoniam homines sunt

Ut quid domine recessisti longe: despi
cis in oportunitatibus in tribulatione.

Dum superbit impius incenditur pauper:
comprehendantur in consiliis quibus cogitant.

Quoniam laudatur peccator in desideriis anime
sue et iniquus benedicitur.

Exacerbauit dominum peccator: secundum

multitudinē ire sue non queret.
Non est deus in conspectu eius inquinate
sunt vie illius in omni tempore.
Auferuntur iudicia tua a facie eius: om
nium inimicorum suorum dominabitur.
Dixit enim in corde suo: non movebor
a generatione in generationē sine malo.
Cuius maledictione os plenum ē et a
maritudine et dolo sub lingua ē labor et do.
Sedet in insidiis cum divitibus in occultis
ut interficiat innocentem.
Oculi eius in pauperem respiciunt: insidi
atur in abscondito quasi leo in spelunca.
Insidiatur ut rapiat pauperem rapere pa
uperem dum attrahit eum.
In laqueo suo humiliabit eum. incli
nabit se et cadet cum dominatus fuerit pauper.
Dixit enim in corde suo: oblitus ē deus.

locuti sunt. magniloquam.
Disperdat dominus universa labia dolosa et linguam
Qui dixerunt. linguam nostram magnificabi
mus: labia nostra a nobis sunt quis noster dominus est.
Propter miseriam inopum et gemitum
pauperum nunc exurgam dicit dominus.
Ponam in salutari. fiducialiter agam in eo.
loquia domini eloquia casta: argen
tum igne examinatum probatum ter
re purgatum septuplum.
Tu domine servabis nos. et custodies
nos a generatione hac in eternum.
In circuitu impii ambulabunt secundum
altitudinem tuam multiplicasti. fili. ho.
Usquequo domine obliviscis me
in finem usquequo avertis faciem tuam a me.
Quamdiu ponam consilia in anima
mea dolorem in corde meo per diem.

Exurge domine non prevaleat homo

Usquequo exaltabitur inimicus meus
super me respice et exaudi me dñe deus me-
Illumina oculos meos ne unquam
obdormam in morte ne quando dicat
inimicus meus prevalui adversus eum.
Qui tribulant me exultabunt si motus
fuero: ego autem in misericordia tua speravi.
Exultabit cor meum in salutari tuo:
cantabo domino qui bona tribuit
mihi et psallam nomini dei altissimi.
Dixit insipiens in corde suo non est deus.
Corrupti sunt et abhominabiles facti sunt in studiis suis: non est
qui faciat bonum. non est usque ad unum.
Deus de celo prospexit super filios hominum. ut videat si est intelligens aut requirens deum.
Omnes declinaverunt simul inutiles
facti sunt. non est qui faciat bonum non est usque ad unum.

Sepulcrum patens est guttur eorum:
linguis suis dolose agebant: venenum
aspidum sub labijs eorum.
Quorum os maledictione et amaritudine
plenum est veloces pedes eorum ad
effundendum sanguinem.
Contritio et infelicitas in viis eorum:
et viam pacis non cognouerunt non
est timor dei ante oculos eorum.
Nonne cognoscent omnes qui operantur
iniquitatem. qui deuorant plebem meam sicut es. p.
Dominum non inuocauerunt illic trepida
uerunt timore ubi non erat timor.
Quoniam dominus in generatione iusta est: con
silium inopis confudistis quoniam dominus spes eius est.
Quis dabit ex syon salutare israel: cum
auertit dominus captiuitatem plebis sue:
exultabit iacob et letabitur israel.

Domine quis habitabit in tabernaculo tuo: aut quis requiescet in monte sancto tuo.
Qui ingreditur sine macula: et operatur justitiam.
Qui loquitur veritatem in corde suo: qui non egit dolum in lingua sua.
Nec fecit proximo suo malum: et opprobrium non accepit adversus proximos suos.
Ad nihilum deductus est in conspectu ejus malignus: timentes autem Deum glorificat.
Qui juravit proximo suo et non decipit: qui pecuniam suam non dedit ad usuram et munera super innocentem non accepit.
Qui facit hec: non movebitur in eternum.
Conserva me Domine quoniam speravi in te: dixi Domino Deus meus es tu. quoniam bonorum meorum non eges.
Sanctis qui sunt in terra eius: mirificavit

uit omnes uolūtates meas in eis
ultiplicate sunt infirmitates eorum:
post ea acceleraverunt.
Non congregabo conuenticula eorum:
de sanguinibus. nec memor ero nomi
num eorum per labia mea.
Dñs pars hereditatis mee et calicis mei:
tu es qui restitues hereditatem meam mihi.
Funes ceciderunt michi in preclaris ete
nim hereditas mea preclara est mihi.
Benedicam dominum qui tribuit mihi intel
lectum: insuper et usque ad noctem increpuerunt me. re.
Prouidebam dominum in conspectu meo semper
quoniam a dextris est michi ne commouear.
Propter hoc letatum est cor meum: et ex
ultabit lingua mea: insuper et caro mea. re. i.
Quoniam non derelinques animam meam in infer
no nec dabis sanctum tuum uidere corruptionem.

Notas michi fecisti uias uite: adimplebis
me leticia cum uultu tuo. delectationes
in dextera tua usque in finem

Exaudi domine iusticiam meam:
intende deprecationem meam.
A uribus pcipe orationem meam: non in
labiis dolosis.

De uultu tuo iudicium meum prodeat:
oculi tui uideant equitates.
Probasti cor meum et uisitasti nocte: ig
ne me examinasti: et non est inuenta in me iniqtis.
Ut non loquatur os meum opa hominum
ppter uerba labiorum tuorum ego custodiui uias dei.
Perfice gressus meos in semitis tuis:
ut non moueantur uestigia mea.
Ego clamaui quoniam exaudisti me deus
inclina aurem tuam. mihi et exaudi uerba mea
Mirifica misericordias tuas: qui saluos facis

sperantes in te.

A resistentibus dextere tue: custodi me ut pu. o.

Sub umbra alarum tuarum protege me
a facie impiorum qui me afflixerunt.

Inimici mei animam meam circumdederunt
adipem suum concluserunt os eorum locutum est superbiam.

Proicientes me nunc circumdederunt me:
oculos suos statuerunt declinare in terram.

Susceperunt me sicut leo paratus ad predam
et sicut catulus leonis habitans in abditis.

Exurge domine preuenem eum et supplan
ta eum: eripe animam meam ab impio:
frameam tuam ab inimicis manus tue.

Domine a paucis de terra diuide eos in uita
eorum de absconditis tuis adimpletus
est uenter eorum.

Saturati sunt filiis: et dimiserunt re
liquias suas paruulis suas:

Ego autē in iusticia apparebo : conspectū
tuo saciabor cū apparuerit glia tua.
Diligam te domine fortitudo me
a : dominus firmamentū me
um ⁊ refugium meū ⁊ liberator me.
Deus meus adiutor meus : ⁊ sperabo in eū.
Protector meus ⁊ cornu salutis mee :
et susceptor meus.
Laudans inuocabo dnm : ⁊ ab inimi
cis meis saluus ero.
Circumdederunt me dolores mortis : ⁊
torrentes iniquitatis conturbauerūt me.
Dolores inferni circumdederunt me :
occupauerūt me laquei mortis.
In tribulatione mea inuocaui dnm :
⁊ ad deum meum clamaui.
Et exaudiuit de templo sancto suo :
uocem meam : ⁊ clamor meus

in conspectu eius introiuit in aures eius.
Commota est et contremuit terra fundamen-
ta montium conturbata sunt et commota sunt
quoniam iratus est eis.
Ascendit fumus in ira eius et ignis a
facie eius exarsit carbones succensi sunt ab eo.
Inclinauit celos et descendit et caligo
sub pedibus eius.
Et ascendit super cherubyn et uolauit
uolauit super pennas uentorum.
Et posuit tenebras latibulum suum
in circuitu eius tabernaculum eius tene-
brosa aqua in nubibus aeris
Pre fulgore in conspectu eius nubes tran-
sierunt grando et carbones ignis.
Et intonuit de celo dominus et altissimus de-
dit uocem suam grando et carbones ignis.
Et misit sagittas suas et dissipauit eos.

fulgura multiplicauit & exturbauit eos.
Et apparuerunt fontes aquarum: & re
uelata sunt fundamenta orbis terre
Ab increpatione tua domine: ab inspi
ratione spiritus ire tue
Misit de summo & accepit me: & assum
sit me de aquis multis:
Eripuit me de inimicis meis fortissimis: &
ab hijs qui oderunt me quia confortati sunt super me.
Preuenerunt me in die afflictionis mee:
& factus est dominus protector meus.
Et eduxit me in latitudinem: saluum
me fecit quoniam uoluit me.
Et retribuet mihi dominus secundum iusti
tiam meam: & secundum puritatem
manuum mearum retribuet mihi.
Quia custodiui uias domini: nec impie gessi a deo meo.

Qm omnia iudicia eius in conspectu meo:
et iusticias eius non repuli a me.
Et ero immaculatus cum eo: et obser-
vabo me ab iniquitate mea.
Et retribuet michi dominus. secundum iusti-
ciam meam et secundum puritatem manu-
um mearum in conspectu oculorum eius.
Cum sancto sanctus eris: et cum
uno innocente innocens eris.
Et cum electo electus eris: et cum perverso pervertere.
Quoniam tu populum humilem salvum facies: et o-
culos superborum humiliabis.
Quoniam tu illuminas lucernam meam: domine
deus meus illumina tenebras meas:
Quoniam in te eripiar a temptatione: et
in deo meo transgrediar murum.
Deus meus impolluta via eius: eloquia
domini igne examinata: protector

Sabato ad p

Conserva me domine
[illegible]

est omnium sperantium in se.
Quis quis deus preter dñm: aut quis deus
preter deum nostrum.
Deus qui precinxit me uirtute: et posuit
immaculatam uiam meam.
Qui perfecit pedes meos tanquam cerui:
et super excelsa stabiliens me.
Qui docet manus meas ad prelium: et
posuisti ut arcum ereum brachia mea.
Et dedisti michi protectionem salutis tue:
et dextera tua suscepit me.
Et disciplina tua correxit me in finem:
et disciplina tua ipsa me docebit.
Dilatasti gressus meos subtus me: et non
sunt infirmata uestigia mea.
Persequar inimicos meos et comprehen
dam illos: et non conuertar donec deficiant.
Confringam illos nec poterunt stare

cadent subtus pedes meos.
Et p̄cinxisti me virtute ad bellum: et
sb̄plantasti īsugētes ī me subt⁹ me.
Et inimicos meos dedisti michi dorsū:
et odientes me disp̄didisti.
Clamauerunt nec erat qui saluos
faceret ad dn̄m nec exaudiuit eos.
Et communiam eos ut puluerem ante
faciem uēti: ut lutū platearū delebo eos.
Eripies me de contradictionibz ꝓpli⁹:
constitues me in capud gentiū.
Populus quem non cognoui seruiuit
michi: in auditu auris obediuit m̄i.
Filij alieni mentiti sunt m̄i: filij alieni
inuētati sūt m̄i. et claudicauerūt a sēctis. t̄.
Viuit dn̄s et benedictus deus meus: et
exaltetur deus salutis mee.
Deus qui das uindictas m̄i et subdis po

pulos sub me. liberator meus de inimicis meis.

Et ab insurgentibus in me exaltabis me
a viro iniquo eripies me.

Propterea confitebor tibi in nationibus
domine et nomini tuo psalmum dicam.

Magnificans salutes regis eius et faciens
misericordiam christo suo dd et semini eius usque in sclm.

Celi enarrant gloriam dei: et opera
manuum eius annunciat firmamentum.

Dies diei eructat verbum et nox nocti indicat scientiam.

Non sunt loquele neque sermones quorum
non audiantur voces eorum.

In omnem terram exivit sonus eorum:
et in fines orbis terre verba eorum.

In sole posuit tabernaculum suum: et ipse tam
quam sponsus procedens de thalamo suo.

Exultavit ut gigas ad currendam viam:
a summo celo egressio eius.

Et occursus eius usque ad summum eius: nec
est qui se abscondat a calore eius.
Lex domini immaculata conuertens animas
testimonium domini fidele. sapientiam prestans paruulis.
Iustitie domini recte letificantes corda pre
ceptum domini lucidum illuminans oculos.
Timor domini sanctus permanet in se
culum seculi iudicia domini uera iustificata in se.
Desiderabilia super aurum et lapidem pretio
sum multum: et dulcius super mel. et fa.
Etenim seruus tuus custodit ea in custo
diendis illis retributio multa.
Delicta quis intelligit ab occultis meis
munda me et ab alienis parce seruo tuo.
Si mei non fuerint dominati tunc immacula
tus ero et emundabor a delicto maximo
Et erunt ut complaceant eloquia oris
mei et meditatio cordis mei: in conspectu tuo.

Dñe adiutor meus: ⁊ redemptor meus.

Exaudiat te dominus in die tribulationis ꝓtegat te no. dei. ia.

Mittat tibi auxilium de. scō ⁊ de syō. t. te.

Memor sit omnis sacrificij tui: ⁊ holocaustum tuū pingue fiat.

Tribuat tibi secundum cor tuum ⁊ oē consilium tuum confirmet.

Letabimur in salutari tuo: ⁊ in nomīe dei nr̄i magnificabimur.

Impleat dominus omnes peticiones tuas: nūc cognoui quī saluū fecit dō. x̄. s.

Exaudiet illum de celo scō suo. in potentatibꝫ salus dextre eius.

Hij in curribꝫ ⁊ hij in equis: nos aūt in nomīe dn̄i dei nr̄i inuocabimus.

Ipsi obligati sunt ⁊ ceciderunt: nos aūt surreximus ⁊ erecti sumus.

Dñe salvum fac regem: ⁊ exaudi nos
in die qua invocaverimus te.

Domine in virtute tua letabitur
rex ⁊ sup salutare tuum exul.ue.

Desiderium cordis eius tribuisti ei: ⁊ vo
luntate labiorum eius non fraudasti eum.

Quoniam prevenisti eum in benedictionibus
dulcedinis: posuisti in capit. e. co. de l. p.

Vitam petiit a te ⁊ tribuisti ei: longi
tudinem dierum in scm seculi.

Magna est gloria eius in salutari tuo:
gloriam ⁊ magnum decorem impo. sr. eum.

Quoniam dabis eum in benedictionem
in seculum scli. letificabis eum in
gaudio cum vultu tuo.

Quoniam rex sperat in domino: ⁊ in mi
sericordia altissimi non commovebitur.

Inveniatur manus tua omnibus inimicis
tuis

dextera tua inueniat omnes qui te oderunt.

Pones eos ut clibanum ignis: in tem
pore vultus tui. dominus in ira sua con
turbabit eos et deuorabit eos ignis.

Eructum eorum de terra perdes: et semen
eorum a filijs hominum.

Quoniam declinauerunt in te mala cogita
uerunt consilia. que non potuerunt stabilire.

Quoniam pones eos dorsum in reliqui
is tuis preparabis vultum eorum.

Exaltare domine in uirtute tua can
bimus et psallemus uirtutes tuas.

Deus deus meus respice
in me quare me deliquisti lon
ge a salute mea verba delictorum mei.

Deus meus clamabo per diem et non ex
audies et nocte et non ad insipientiam mei.

Tu autem in sancto habitas laus israel:

In te sperauerunt pres nri: speraue
runt ⁊ liberasti eos.
Ad te clamauerunt ⁊ salui fcti sunt. i te
sperauerunt ⁊ non sunt confusi.
Ego autem sum uermis ⁊ nō homo
obprobriū hoīm ⁊ abiectō plebis.
Omnes uidentes me deriserunt me:
locuti sunt labijs ⁊ mouerunt caput.
Speraui in dño eripiat eum: sal
uum faciat eum qm uult eum.
Quoniā tu es qui extraxisti me: de uē
tre spes mea ab uberibus matris mee:
in te proiectus sum ex utero.
De uentre matris mee deus meus es
tu: ne discesseris a me.
Quoniam tribulacio proxima est:
qm non est qui adiuuet
Circumdederunt me uituli multi: tau

ti pingues obsederunt me.

Aperuerunt sr̄ me os suū · sicut leo rapiēs ⁊ rug.

Sicut aqua effusus sū ⁊ dispersa st̄. o. o. m̄.

Factū ē cor meū tanq̄ cera liq̄s. i me. nē. m̄.

Aruit tanq̄m testa virtus mea: ⁊ lingua

mea adhesit faucibus meis ⁊ in pul

uerem mortis deduxisti me.

Quoniam circumdederunt me canes multi:

concilium malignantium obsedit me.

Foderunt manus meas ⁊ pedes meos

dinumerauerunt oīa ossa mea.

Ipsi uero consideraueruntt ⁊ inspex

erunt me: diuiserunt sibi uestimenta

mea. ⁊ sr̄ uestē meā miserūt sortē.

Tu autē domine ne elongaueris auxi

lium tuū a me ad defensionē meā cōspic.

Erue a framea deus aīam meā: ⁊ de

manu canis unicam meā.

Salua me ex ore leonis et a cornibus
unicornium humilitatem meam.
Narrabo nomen tuum fratribus meis: in me
dio ecclesie laudabo te.
Qui timetis dominum laudate eum: v
uersum semen iacob glorificate eum.
Timeat eum omne semen israel: quia
non spernit neque despexit deprecationem pauperis.
Nec auertit faciem suam a me. et cum cla
marem ad eum exaudiuit me.
Apud te laus mea in ecclesia magna:
uota mea reddam in conspectu timentium eum.
Edent pauperes et saturabuntur et lauda
bunt dominum qui requirunt eum uiuent corda eorum
in seculum seculi. Reminiscentur et conuertentur
ad dominum uniuersi fines terre. Et adorabunt
in conspectu eius uniuerse familie gentium.
Quia domini est regnum et ipse dominabitur gentium.

Quia ducauerunt et adorauerunt omnes
pingues terre: in conspectu eius cadent
omnes qui descendunt in terram.
Et anima mea illi uiuet: et semen
meum seruiet ipsi.
Annunciabitur domino generacio uen-
tura: et annunciabunt celi iusticiam
eius populo qui nascetur quem fecit dominus.
Dominus regit me et nichil mi-
deerit in loco pascue ibi me collocauit.
Super aquam refectionis educauit me:
animam meam conuertit.
Deduxit me super semitas iusticie:
propter nomen suum.
Nam et si ambulauero in medio umbre
mortis: non timebo mala quoniam tu mecum.

Virga tua & baculus tuus ipsa me consolata sunt.
Parasti in conspectu meo mensam adversus eos qui tribulant me.
Impinguasti in oleo caput meum:
& calix meus inebrians quam preclarus est.
Et misericordia tua subsequetur me omnibus diebus vite mee.
Et ut inhabitem in domo domini:
in longitudinem dierum.
Domini est terra & plenitudo eius:
orbis terrarum & universi qui habitant in eo.
Quia ipse super maria fundavit eum: & super flumina preparavit eum.
Quis ascendet in montem domini: aut quis stabit in loco sancto eius.
Innocens manibus & mundo corde:
qui non accepit in vano animam suam nec iurauit dolo proximo suo.

Hic accipiet bñdictionē a domino: ⁊
mīam a deo salutari suo.
Hec ē generatio querentium eum q̄rē
cium faciem dei iacob.
Attollite portas principes urās: ⁊
eleuamini porte eternal: ⁊ int̄o. rex. gl.
Quis est iste rex glie dominus fortis
⁊ potens: dñs potens in p̄lio
Attollite portas principes urās: ⁊ ele
uamini porte eternal: ⁊ introi. rex. g.
Quis est iste rex glie dominus uirtu
tum ipse est rex glorie.
Ad te domine leuaui animam
meam: deus meus in te confido
non erubescam.
Neq; irrideant me inimici mei: etenī
uniuersi qui sustinēt te no cōfundet.
Cōfundātur oēs ūq agētes supuacue.

Vias

Uias tuas domine demonstra mihi :
et semitas tuas edoce me.
Dirige me in ueritate tua : & doce me
quia tu es deus saluator meus : &
te sustinui tota die
Reminiscere miserationum tuarum dñe.
& miseracionum tuarum que a seculo sunt
Delicta iuuentutis mee & ignorancias
meas ne memineris.
Secundum misericordiam tuam memento
mei tu : propter bonitatem tuam dñe.
Dulcis & rectus dominus propter hoc le
gem dabit delinquentibus in uia.
Dirigit mansuetos in iudicio : docebit
mites uias suas.
Universe uie domini misericordia et
ueritas requirentibus testamentum eius & testimonia eius.
Propter nomen tuum domine propitiaberis peccato meo multum est enim.

Quis est homo qui timet dñm legem
statuit ei in via quam elegit
Anima eius in bonis demorabitur: et
semen eius hereditabit terram.
Firmamentum est dominus timen
tibus eū: et testamentū ipsius manifestabit illis.
Oculi mei semper ad dominū quoniā
ipse euellet de laqo pedes meos.
Respice in me et miserere mei: quia u
nicus et pauper sum ego.
Tribulationes cordis mei multiplica
te sunt: de necessitatibz meis eue me
de humiliatē meam et laborem
meum et dimitte uniūsa delicta mea.
Respice inimicos meos qm multipli
cati sunt et odio iniquo oderunt me.
Custodi animā meam et eue me:
non erubescam qm speraui in te

Innocentes et recti adheserunt michi
quia sustinui te.
Libera deus israel ex omnibus tribulacionibus suis.
Iudica me domine quoniam ego in inno
centia mea ingressus sum et in domi
no speraus non infirmabor.
Proba me domine et tempta me: u
re renes meos et cor meum.
Quoniam misericordia tua ante oculos meos est:
et complacui in veritate tua.
Non sedi cum consilio vanitatis: et
cum iniqua gerentibus non introibo.
Odiui ecclesiam malignancium: et cum
impiis non sedebo.
Lauabo inter innocentes manus
meas et circumdabo altare tuum domine.
Ut audiam vocem laudis tue: et enu
rem universa mirabilia tua.

Dñe dilexi decorem domus tue: ⁊ lo
cum habitacionis glie tue.
Ne ꝑdas cum impijs deus animā meā:
⁊ cum viris sanguinū vitam meā.
In quorum manibꝫ iniquitates sūt
dextera eorum repleta ē muneribus.
Ego aūt in innocencia mea ingressꝰ
sum: redime me ⁊ miserere mei.
Pes meus stetit in directo in ecclesijs
benedicam te domine.
Dominus illu
minacio mea.
⁊ salus mea.
quem timebo.
Dñs protec
tor vite me. a
quo trepidabo.
Dum appropiant sup me nocentes.

ant edunt carnes meas?
Qui tribulant me inimici mei ipsi
infirmati sunt & ceciderunt.
Si consistant adversum me castra non
timebit cor meum.
Si exurgat adversum me prelium
in hoc ego sperabo.
Unam petii a domino hanc requiram:
ut inhabitem in domo domini omnibus diebus vite mee.
Et videam voluntatem domini & visitem
templum eius.
Quoniam abscondit me in tabernaculo suo:
in die malorum protexit me in abscondito tabernaculi sui.
In petra exaltavit me: & nunc exaltavit caput meum super inimicos meos.
Circuivi & immolavi in tabernaculo eius
hostiam vociferationis cantabo &

7 psalmum dicam domino.

Exaudi domine uocem meam qua clamaui ad te: miserere mei 7 exau.

Tibi dixit cor meum exquisiui te. facies mea: faciem tuam domine requiram.

Ne auertas faciem tuam a me: ne declines in ira a seruo tuo.

Adiutor meus esto ne derelinquas me: neque despicias me deus salutaris.

Quoniam pater meus 7 mater mea dereliquerunt me: dominus autem assumpsit me.

Legem pone mihi domine in uia tua 7 dirige me in semita recta: propter inimicos meos.

Ne tradideris me in animas tribulantium me. quoniam insurrexerunt in me testes iniqui 7 mentita est iniquitas sibi.

Credo uidere bona dn̄i ī t̄ra uiuentiū.
Expecta dn̄m uiriliter age: ⁊ confortetur cor tuum ⁊ sustine dn̄m.
Ad te domine clamabo deus meus: ne sileas a me: ne quando taceas a me: ⁊ assimulabor descēdentib⁹ ī lac̄.
Exaudi domine uocem deprecationis me. dum oro ad te: dum extollo manus meas ad templum scm̄ tuum.
Ne simul tradas me cum peccatoribz: ⁊ cum opantibz iniquitatē ne pdas me.
Qui locuntur pacem cum primo suo: mala autem in cordibus eorum.
Da illis secundum opera eorz: ⁊ scdm̄ nequitiā adinuentionum ipōrz.
Secundum opa manuū eorum tribue illis: redde retributionē eorz ipis
Quoniam non intellexerunt opera dō

et in opa manum eius: destrues illos
et non edificabis eos.
Benedictus dominus quoniam exau
dunt uocem deprecationis mee.
Dominus adiutor meus et protector
meus: et in ipso sperauit cor. mē. et ad. sū.
Et refloruit caro mea: et ex uolunta
te mea confitebor ei.
Dominus fortitudo plebis sue: et pro
tector saluationum xpi sui ē.
Saluum fac populum tuum domi
ne et benedic hereditati tue. et rege
eos et extolle illos usq; in eternum.
Afferte domino filii dei: afferte
domino filios arietum.
Afferte dño gloriam et honorem: af
ferte dño gloriam nomini eius:
adorate dnm in atrio scō eius

Vox domini super aquas: deus maiestatis. intonuit dñs sup aq̃s multas.
Vox domini in virtute: vox domini in magnificentia.
Vox domini confringentis cedros: et confringet dñs cedros libani.
Et comminuet eas tanq̃m vitulum libani et dilectus sicut filius unicornuũ.
Vox domini intercidentis flammam ignis. vox domini concutientis desertũ et commouebit dñs desertum cades.
Vox dñi preparantis cervos: et revelabit condensa et in templo eius omnes dicent gloriam
Dominus diluvium inhabitare facit: et sedebit dominus rex in eternum.
Dominus virtutem populo suo dabit dñs benedicet populo suo in pace
Exaltabo te dñe quoniam suscepisti me.

nec delectasti inimicos meos sr̄ me.
Dn̄e deus m̄s clamaui ad te ⁊ sanasti me.
Dn̄e eduxisti ab inferno animam me
am saluasti me a descendentib̄ ī lacū.
Psallite domino sc̄i eius: ⁊ confitemi
in memorie sc̄itatis eius.
Qm̄ ira in indignatione eius: ⁊ uita
in uoluntate eius.
Ad uesp̄um demorabitur fletus: ⁊ ad
matutinum leticia.
Ego autem dixi in habundancia me
a non mouebor in eternum
Domine in uoluntate tua prestitisti
decori meo uirtutem.
Auertisti faciem tuam a me ⁊ factus
sum conturbatus.
Ad te domine clamabo: ⁊ ad deum
meum deprecabor.

Que utilitas in sanguine meo dum descendo in corruptionem.

Numquid confitebitur tibi pulvis: aut annunciabit veritatem tuam

Audivit dominus et misertus est mei. dominus factus est adiutor meus.

Convertisti planctum meum in gaudium mihi: conscidisti saccum meum et circumdedisti me letitia.

Ut cantet tibi gloria mea et non compungar. domine deus meus in eternum confitebor tibi

In te domine speravi non confundar in eternum. in iustitia tua libera me.

Inclina ad me aurem tuam accelera ut eruas me.

Esto mihi in deum protectorem: et in domum refugii: ut salvum me facias.

Quoniam fortitudo mea & refugium
meum es tu & ppt̃ nomen tuum de
duces me & enutries me.
Educes me de laqueo quem abscõ
derunt mihi: quia tu es protector meus.
In manus tuas cõmendo spiritum me
um redemisti me dñe deus veritatis.
Odisti observantes vanitates supflue.
Ego autem in domino speraui exul
tabo & letabor in misericordia tua.
Quia respexisti humilitatẽ meam:
salvasti de necessitatibus animam meam.
Nec conclusisti me in manibus inimi
ci statuisti in loco spacioso pedes meos.
Miserere mei domine quoniam tri
bulor conturbatus est in ira oculus meus
anima mea & venter meus.
Quoniam defecit in dolore vita mea.

et anni mei in gemitibus.

Infirmata est in paupertate virtus
mea et ossa mea conturbata sunt.

Super omnes inimicos meos factus
sum obprobrium vicinis meis valde:
et timor notis meis.

Qui videbant me foras fugierunt
a me: oblivioni datus sum tan
quam mortuus a corde.

Factus sum tanquam vas perditum:
quoniam audivi vituperationem multorum
commorantium in circuitu.

In eo dum convenirent simul adversum
me accipere animam meam consiliati sunt.

Ego autem in te speravi domine dixi deus
meus es tu in manibus tuis sortes mee.

Eripe me de manu inimicorum meo
rum et a persequentibus me.

Illustra faciem tuam super seruum tuum:
saluum me fac in misericordia tua domine: non
confundar quoniam inuocaui te.
Erubescant impii et deducantur in infer-
num muta fiant labia dolosa.
Que locuntur aduersus iustum iniqui-
tatem: in superbia et in abusione.
Quam magna multitudo dulcedinis
tue domine quam abscondisti timentibus te.
Perfecisti eis qui sperant in te in conspec-
tu filiorum hominum.
Abscondes eos in abscondito faciei
tuee a conturbatione hominum.
Proteges eos in tabernaculo tuo a contra-
dictione linguarum.
Benedictus dominus: quoniam mirifica-
uit misericordiam suam mihi in ciuitate munita.
Ego autem dixi in excessu mentis

mee ꝯpiectus sũ a facie oculoꝝ tuoꝝ.
Ideo exaudisti uocem oꝛonis mee. dũ
clamarem ad te.
Diligite dominum oĩs sc̃i eius: quĩ
ueritatem requiret dominus ⁊ retribu
et habundanter faciẽtibꝫ sup̃biam.
Viriliter agite ⁊ confortetur cor vr̃m
omnes qui speratis in domino.
Beati quorum remisse sunt ĩ
quitates ⁊ quorum tecta sunt pc̃.
Beatus uir cui non imputauit dñs
pecc̃m nec est in spũ eius dolus.
Quĩ tacui inuetauerunt ossa mea:
dum clamarem tota die.
Quoniam die ac nocte grauata ẽ
sup̃ me manus tua conuersus sum
in erumpna mea dũ ꝯfigitur spina.
Delictum meum cognitum tibi feci.

et iniusticias meas non abscondi.
Dixi confitebor adversum me iniusti
ciam meam domino et tu remisisti
impietatem peccati mei.
Pro hac orabit ad te omnis sanctus in tempore opportuno.
Verumptamen in diluvio aquarum
multarum ad eum non approximabunt.
Tu es refugium meum a tribulatio
ne que circumdedit me exultatio
mea erue me a circumdantibus me.
Intellectum tibi dabo et instruam te
in via hac qua gradieris firmabo
super te oculos meos.
Nolite fieri sicut equus et mulus quibus non est intellectus.
In chamo et freno maxillas eorum
constringe qui non approximant ad te.
Multa flagella peccatoris sperantem
autem in domino misericordia circumdabit.

Letamini in domino et exultate iusti
et gloriamini omnes recti corde.
Exultate iusti in domino: rectos
decet collaudatio.
Confitemini domino in cithara: in
psalterio decem cordarum psallite illi.
Cantate ei canticum novum bene
psallite ei in nociferatione.
Quia rectum est verbum domini: et omnia
opera eius in fide.
Diligit misericordiam et iudicium: misericor
dia domini plena est terra.
Verbo domini celi firmati sunt: et spiritu o
ris eius omnis virtus eorum.
Congregans sicut in utre aquas
maris ponens in thesauris abissos.
Timeat dominum omnis terra: ab eo autem
commoveantur omnes inhitantes orbem.

Quia ipse dixit et facta sunt ipse man
dauit et creata sunt.

Dns dissipat consilia gentium: rep
bat aut cogitationes populorum:
et reprobat consilia principum

Consilium aut domini mentium manet:
cogitationes cordis eius in genera
tione et generationem

Beata gens cuius est dominus deus
eius: ppls quem elegit in hereditatem sibi.

De celo respexit dominus uidit omnes
filios hominum.

De preparato habitaculo tuo respexit
sup omnes qui habitant terram.

Qui finxit singillatim corda eorum. qui
intelligit omnia opa eorum.

Non saluatur rex per multam uirtutem
et gygas non saluabitur in multitudine uirtutis
sue.

Fallax equus ad salutem in habundanci
a autem virtutis sue nō saluabit.
Ecce oculi dn̄i sup̄ metuentes eum: ⁊ in
eis qui sperant sup̄ mīa eius.
Ut eruat a morte animas eor̄: ⁊ a
lat eos in fame.
Anima nr̄a sustinet dn̄m: qm̄ adiutor
⁊ protector noster est.
Quia in eo letabitur cor nr̄m ⁊ in no
mine sancto eius speravimus
Fiat mīa tua domine super nos quē
admodum speravimus in te.
Benedicam dn̄m in omni tem
pore sēper laus eius i ore meo.
In domino laudabr̄ anima mea: au
diant mansueti ⁊ letentur
Magnificate dn̄m mecum ⁊ exaltemus
nomen eius in idipsum.

Exquisiui dñm & exaudiuit me & ex omnibus tribulationibus meis eripuit me.

Accedite ad eum & illuminamini & facies uestre non confundentur.

Iste pauper clamauit & dominus exaudiuit eum & de omnibus tribulationibus eius saluauit eum.

Immittit angelus dominus in circuitu timentium eum & eripiet eos.

Gustate & uidete quam suauis est dominus: beatus uir qui sperat in eo.

Timete dominum omnes sancti eius. quoniam non est inopia timentibus eum.

Diuites eguerunt & esurierunt inquirentes autem dominum non minuentur omni bono.

Venite filii audite me timorem domini docebo uos

Quis est homo qui uult uitam. diligit

dies

dies inde bonos.

Prohibe linguam tuam a malo: et labia tua ne loquantur dolum.

Diverte a malo et fac bonum: inquire pacem et persequere eam.

Oculi domini super iustos: et aures eius in preces eorum.

Vultus autem domini super facientes mala: ut perdat de terra memoriam eorum.

Clamaverunt iusti et dominus exaudivit eos. et ex omnibus tribulationibus eorum liberavit eos.

Iuxta est dominus his qui tribulato sunt corde et humiles spiritu salvabit.

Multe tribulationes iustorum et de omnibus his liberavit eos dominus.

Custodit dominus omnia ossa eorum unum ex his non conteretur

Mors peccatorum pessima & qui odiunt iustum delinquent
Redimet dominus animas seruorum suorum & non delinquent omnes qui sperant in eo.
Iudica domine nocentes me expugna impugnantes me.
Apprehende arma & scutum & exurge in adiutorium mihi.
Effunde framneam & conclude aduersus eos qui persequuntur me dic animae meae salus tua ego sum.
Confundantur & reuereantur. quaerentes animam meam
auertantur retrorsum & confundantur cogitantes mihi mala.
Fiant tanquam pulvis ante faciem & angelus domini coartans eos.

Fiat via illorum tenebre et lubricum:
et angelus domini persequens eos.
Quoniam gratis absconderunt mihi
interitum laquei sui supervacue expro
braverunt animam meam.
Veniat illi laqueus quem ignorat:
et captio quam abscondit apprehendat
eum et in laqueum cadat in idipso
Anima autem mea exultabit in domino:
et delectabitur super salutari suo.
Omnia ossa mea dicent domine quis similis tui.
ripiens inopem de manu fortiorum
eius egenum et pauperem a diripientibus eum.
Surgentes testes iniqui que igno
rabam interrogabant me.
Retribuebant michi mala pro bonis
sterilitatem anime mee
Ego autem cum michi molesti es

sent induebar cilicio.

Humiliabam in ieiunio animam meam:
et oratio mea in sinu meo conuertetur.

Quasi proximum quasi fratrem nostrum sic
complacebam quasi lugens et con
tristatus sic humiliabar

Et aduersum me letati sunt et conue
nerunt congregata sunt super me
flagella et ignorauerunt.

Dissipati sunt nec compuncti temp
tauerunt me subsannauerunt
me subsannacione frenduerunt
super me dentibus suis.

Domine quando respicies restitue
animam meam a malignitate eorum
a leonibus unicam meam.

Confitebor tibi in ecclesia magna
in populo graui laudabo te.

Non supgaudeant michi qui adversantur
michi inique: qui oderunt me gratis
et annuunt oculis.
Quoniam michi quidem pacifice loq̄
bantur et in iracundia terre loquen
tes dolos cogitabant.
Et dilatauerunt sup me os suum
dixerunt euge euge viderunt oculi nr̄i.
Vidisti domine ne sileas. domine ne
discedas a me.
Exurge et intende iudicio deus meus
et dn̄s meus in causam meā.
Iudica me scd̄m iusticiam tuam.
dn̄e deus meus et n̄ supgaudeāt m̄i
Non dicant in cordibus suis euge
euge aīe nr̄e n̄ dicāt deuorabis eū.
Erubescant et reuereantur simul qui
gratulantur malis mei.

Induantur confusione et reuerencia qui
maligna locuntur super me.
Exultent et letentur qui uolunt iusticiam
meam: et dicant semper magnifice
tur dominus qui uolunt pacem seui eius.
Et lingua mea meditabitur iusticiam tuam:
tota die laudem tuam.
Dixit iniustus ut delinquat
in semetipso non est timor dei
ante oculos eius.
Quoniam dolose egit in conspectu eius, ut
inueniatur iniquitas eius ad odium.
Verba oris eius iniquitas et dolus: no
luit intelligere ut bene ageret.
Iniquitatem meditatus est in cubi
li suo astitit omni uie non bone
malitiam autem non odiuit.
Domine in celo misericordia tua: et ueritas tua

usq; ad nubes.
Iustitia tua sicut montes dei iudicia
tua abissus multa.
Homines et iumenta saluabis dñe
q̄ admodū multiplicasti mīaz tuā. ds.
Filij aut hominū: in tegmine ala
rum tuarum sperabunt.
Inebriabuntur ab ubertate domus
tue: et torrente uoluptatis tuee
potabis eos
Quoniam apud te est fons uite:
et in lumine tuo uidebimus lumē
Pretende miam tuam scientibus te:
et iusticiam tuā hijs q̄ recto sūt corde.
Non ueniat michi pes superbie: et
manus peccatoris n̄ moueat me
Ibi ceciderunt qui operantur iniqta
tē expulsi sunt nec potuerūt stare.

Noli emulari in malignantibus
neq; ꝛ elaius facientes iniquitatē
Quoniam tanquam fenum uelociter ares
cent: ꝛ quemadmodū olera herbarū
cito decident.
Spera in domino ꝛ fac bonitatem:
ꝛ habita terram ꝛ pasceris in diuitijs eius.
Delectare in dño ꝛ dabit tibi petitio
nes cordis tui.
Reuela domino uiam tuam. ꝛ spera
in eo: et ipse faciet.
Et educet quasi lumen iusticiā tuam:
ꝛ iudiciū tuum tanquam meridiem.
Subditus esto domino ꝛ ora eum.
Noli emulari in eo qui prosperatur in
uia sua. in hoīe faciente iniusticias.
Desine ab ira ꝛ derelinque furorem:
noli emulari ut maligneris.

Quoniam qui malignantur exterminabuntur. sustinentes autem dominum ipsi hereditabunt terram.
Et adhuc pusillum et non erit peccator: quaeres locum eius et non inuenies.
Mansueti autem hereditabunt terram: et delectabuntur in multitudine pacis.
Obseruabit peccator iustum: et stridebit super eum dentibus suis.
Dominus autem irridebit eum. quoniam prospicit quod ueniet dies eius.
Gladium euaginauerunt peccatores intenderunt arcum suum.
Vt decipiant pauperem et inopem: ut trucidant rectos corde.
Gladius eorum intret in corda ipsorum: et arcus eorum confringatur:
Melius est modicum iusto: super diuicias peccatorum multas.

Quoniam brachia peccatorum conterentur
confirmat autem iustos dominus.
Novit dominus dies immaculato
rum. et hereditas eorum in eternum erit.
Non confundentur in tempore malo:
et in diebus famis saturabuntur:
quia peccatores peribunt.
Inimici vero domini mox honorifi
cati fuerint et exaltati deficientes
quemadmodum fumus deficient.
Mutuabitur peccator et non solvet.
iustus autem miseretur et tribuit
Quia benedicentes ei hereditabunt
terram maledicentes autem ei disperibunt.
Apud dominum gressus hominis dirige
tur et viam eius volet
Cum ceciderit non collidetur:
quia dominus supponit manum suam.

Iunior fui et enim senui: et non vidi iustum derelictum: nec semen eius querens panem.
Tota die miseretur et commodat et semen illius in benedictione erit.
Declina a malo et fac bonum: et inhabita in seculum seculi.
Quia dominus amat iudicium et non derelinquet sanctos suos in eternum conservabuntur.
Iniusti punientur: et semen impiorum peribit.
Iusti autem hereditabunt terram et inhabitabunt in seculum seculi super eam.
Os iusti meditabitur sapienciam et lingua eius loquetur iudicium.
Lex dei eius in corde ipsius: et non supplantabuntur gressus eius.
Considerat peccator iustum: et queret mortificare eum.
Dominus autem non derelinquet eum in

in manibus eius: nec dampnabit eum
cum iudicabitur illi.
Expecta dominum et custodi viam eius: et exal
tabit te ut hereditate capias terram
cum perierint peccatores videbis.
Vidi impium superexaltatum et eleva
tum sicut cedros libani.
Et transiui et ecce non erat: quesiui
eum et non est inuentus locus eius.
Custodi innocenciam et vide equitatem:
quoniam sunt reliquie homini pacifico.
Iniusti autem dispribunt simul. reli
quie impiorum interibunt.
Salus autem iustorum a domino: et
protector eorum in tempore tribulacionis.
Et adiuuabit eos dominus et libiberabit
eos et eruet eos a peccatoribus. et
saluabit eos quia sperauerunt in eo.

Domine ne in furore tuo arguas me neq; in ira tua corripias me.
Quoniam sagittæ tuæ infixæ sunt mihi: et confirmasti super me manum tuam.
Non est sanitas in carne mea a facie ire tue non est pax ossibus meis a facie peccatorum meorum
Quoniam iniquitates meæ supergressæ sunt caput meum et sicut onus grave gravate sunt super me.
Putruerunt et corrupte sunt cicatrices meæ a facie insipientie mee.
Miser factus sum et curvatus sum usq; in finem tota die contristabar ingrediebar.
Quoniam lumbi mei impleti sunt illusionibus et non est sanitas in carne mea.
Afflictus sum et humiliatus sum nimis rugiebam a gemitu cordis mei.

Dñe ante te omne desiderium meum:
et gemitus meus a te non est absconditus.
Cor meum conturbatum est derelinquit
me virtus mea et lumen oculorum
meorum et ipsum non est mecum.
Amici mei et proximi mei adversum
me appropinquaverunt et steterunt.
Et qui juxta me erant de longe steterunt et vim faciebant. q. q. a. m.
Et qui inquirebant mala mihi:
locuti sunt vanitates et dolos tota die meditabantur.
Ego autem tanquam surdus non audiebam et sicut mutus non aperiens os suum.
Et factus sum sicut homo non audiens
et non habens in ore suo redargutiones.
Quia in te domine speravi tu exaudies
me domine deus meus.

Quia dixi nequando supergaudeant in
mi inimici mei et dum commouentur pe
des mei super me magna locuti sunt.
Quia ego in flagella paratus sum et dolor
meus in conspectu meo semper.
Quoniam iniquitatem meam annunci
ciabo et cogitabo pro peccato meo.
Inimici autem mei uiuunt: et con
firmati sunt super me et multiplica
ti sunt qui oderunt me inique.
Qui retribuunt mala pro bonis detra
hebant mihi quoniam sequebar bonitatem.
Ne derelinquas me domine deus meus ne discesseris.
Intende in adiutorium meum. do. deus. sa. mi.
Dixi custodiam mas me
as ut non delinquam in lingua mea.
Posui ori meo custodi
am cum consisteret peccator

aduersum me.
Obmutui & humiliatus sum & silui a bonis & dolor meus renouatus est.
Concaluit cor meum intra me & in meditatione mea exardescet ignis.
Locutus sum in lingua mea. notum fac mihi domine finem meum.
Et numerum dierum meorum: quis est ut sciam quid desit mihi.
Ecce mensurabiles posuisti dies meos & substantia mea tanquam nichilum ante te.
Verumptamen universa uanitas omnis homo uiuens.
Verumptamen in imagine pertransit homo sed & frustra conturbatur.
Thesaurizat & ignorat cui congregabit ea: & nunc que est expectatio mea nonne dominus: & substantia mea apud te

Ab omnibus iniquitatibus meis erue
me obprobriū insipienti dedisti me
Obmutui et non aperui os meum quoniam
tu fecisti amoue a me plagas tuas.
A fortitudine manus tue ego defeci:
in increpacionibus propter iniquitatem
corripuisti hominem.
Et tabescere fecisti sicut araneam animam
eius uerumtamen uane conturbatur omnis homo.
Exaudi orationem meam domine: et deprecacio
nem meam auribus percipe lacrimas meas.
Ne sileas quoniam aduena ego sum apud
te et peregrinus: sicut omnes patres mei
emitte michi ut refrigerer priusquam
abiam et amplius non ero.
Expectans expectaui dominum:
et intendit michi.
Et exaudiuit preces meas: et eduxit

me de lacu miserie et de luto fecis.
Et statuit supra petram pedes meos:
et direxit gressus meos.
Et immisit in os meum canticum novum:
carmen deo nostro. In dño
Videbunt multi et timebunt et sperabunt
Beatus vir cuius est nomen domini
spes eius et non respexit in vanitates
et insanias falsas.
Multa fecisti tu domine deus meus
mirabilia tua: et cogitationibus
tuis non est qui similis sit tibi.
Annunciavi et locutus sum multipli
cati sunt super numerum
Sacrificium et oblationem noluisti
aures autem perfecisti michi.
Holocaustum et pro peccato non pos
tulasti tunc dixi ecce venio.

In capite libri scriptum ē de me: ut fa
cerem uoluntatem tuam deus meꝰ
uolui: ⁊ legem tuam ī medio cor. mꝰ.
Annunciaui iustitiam tuam in eccl̄a
magna: ecce labia mea non phi
bebo domine tu scisti.
Iustitiam tuam nō abscōdi ī corde mō.
ueritatem tuam ⁊ salutare tu. dixi.
Non abscondi miam tuam ⁊ ueritatē
tuam a concilio multo.
Tu autem domine ne longe facias
miserationes tuas a me: mia tua
⁊ ueritas tua semper suscepit me.
Quoniā circumdederunt me mala q̄
nō est numerꝰ: comprehenderunt
me iniquitates mee ⁊ nō potui ut uidē
Multiplicate sunt super capillos ca
pitis mei ⁊ cor meū dereliquit me.

omplaceat tibi dñe ut eruas me:
dñe ad adiuuandum me respice.
Confundantur & reuereantur simul: q̄
querunt aīam meā ut auferāt eā.
Conuertantur retrorsum & reuereantur q̄
uolunt mihi mala.
Hereant confestim confusionem suam
qui dicunt mihi euge euge.
Exultent & letentur sup̄ te omnes
querentes te & dicant semper mag
nificetur dñs qui diligunt salutare tu.
Ego aūt mendicus sum & pauper
dominus sollicitus est mei.
Adiutor meus & protector meus es
tu deus meus ne tardueris.
Beatus qui intelligit sup̄
egenū & pauperem in die ma
la liberabit eum dominus.

Dñs conseruet eum ⁊ uiuificet eum
⁊ beatum faciet eum in terra ⁊ non
tradat eum in aīam inimicorum eius.
Dñs opem ferat illi super lectum
doloris eius uniuersum stratum eius
uersasti in infirmitate eius.
Ego dixi domine miserere mei sa
na animam meam quia peccaui tibi.
Inimici mei dixerunt mala michi:
quando morietur ⁊ peribit nomen eius
Et si ingrediebatur ut uideret ua
na loquebatur cor eius congre
gauit iniquitatem sibi
Egrediebatur foras: ⁊ loquebatur in idipsum
Aduersum me susurrabant omnes inimi
ci mei aduersum me cogitabant mala
michi.
Verbum iniquum constituerunt

adversum me nunquid qui dormiet:
non adiciet ut resurgat.
Etenim homo pacis mee in quo spe
ravi: qui edebat panes meos. mag
nificavit sup me supplantacionē.
Tu autem domine miserere mei: et resus
cita me et retribuam eis.
In hoc cognovi quoniam voluisti me:
quoniam non gaudebit inimicus meus super me.
Me autem propter innocenciam suscepisti et confir
masti me in conspectu tuo in eternum.
Benedictus dominus deus israel: a
seculo et in seculum: fiat fiat.
Quemadmodum desiderat cer
vus ad fontes aquarum. ita
desiderat anima mea ad te deus.
Sitivit anima mea ad deum fontē
vivum: quando veniam et appare

io ante faciem dei.

Fuerunt mihi lacrime mee panes die ac nocte: dum dicitur mihi co tidie ubi est deus tuus

Hec recordatus sum & effudi in me animam meam qm transibo in lo cum tabernaculi admirabilis usq; ad domum dei.

In voce exultationis & confessio nis sonus epulantis

Quare tristis es anima mea: & qua re conturbas me.

Spera in deo qm adhuc confitebor illi salutare vultus mei & deus me⁹.

Ad me ipsum anima mea conturba ta est pr̄ea memor ero tui de terra iordanis & hermonij a mōte modi⁹.

Abyssus abyssum invocat in voce:

cataractarum tuarum.
Omnia excelsa tua & fluctus tui sup
me transierunt.
In die mandauit dominus misericordiam
suam & nocte canticum eius.
Apud me oratio deo uite mee: dicā
deo susceptor meus es.
Quare obliuisceris mei & quare con
tristatus incedo dum affligit me inimicus.
Dum confringuntur ossa mea expro
brauerunt mihi q̄ tribulāt me inimici mei.
Dum dicunt mihi p̄ singulos dies ubi
est deus tuus quare tristis es ānima
mea & quare conturbās me.
Spera in deo quoniam adhuc confitebor
illi salutare uultus mei & deus meus.
Iudica me deus & discerne causam
meam de gente non sancta ab

homine iniq & dolosо erue me.
Quia tu es deus fortitudo mea quare
me repulisti & quare tristis incedo:
dum affligit me inimicus.
Emitte lucem tuam & veritatē tuam
ipsa me deduxerunt & adduxerunt in
montē sanctum tuum & in tabernacula tua.
Et introibo ad altare dei ad deum:
qui letificat iuuentutē meā.
Confitebor tibi in cithara deus deus
meus quare tristis es anima mea
& quare conturbas me.
Spera in deo quoniam adhuc confitebor illi:
salutare vultus mei & deus meus
Deus auribus nris audiuimus
patres nri annunciauerunt nobis.
Opus quod operatus es in diebus eorum
& in diebus antiquis.

Manus tua gentes dispdidit & plan
tasti eos: afflixisti populos & ex
pulisti eos
Non enim in gladio suo possiderunt
terā & brāchiū eorū non saluauit eos.
Sed dextera tua & brachium tuū & il
luminatiō vultus tui quā placuisti ei.
Tu es ipse rex meus & deus meus q̄
mandas salutes iacob.
In te inimicos nōs uentilabimus
cornu & in nomine tuo spernemus
insurgentes in nobis
Non enim in arcu meo sperabo & gla
dius meus non saluabit me.
Saluasti enim nos de affligentib⁹ no⁹
& odientes nos confudisti.
Deo laudabimur tota die & in nomi
ne tuo confitebimur in sēcū.

Nunc autem repulisti et confudisti nos
et non egrediens in virtutibus nostris.
Avertisti nos retrorsum post inimicos
nostros et qui oderunt nos diripiebant sibi
Dedisti nos tanquam oves escarum:
et in gentibus dispersisti nos.
Vendidisti populum tuum sine pre
cio: et non fuit multitudo in commutaci
onibus eorum.
Posuisti nos obprobrium vicinis nostris
subsannacionem et derisum hiis qui in cir
cuitu nostro sunt.
Posuisti nos in similitudinem gentibus:
commocionem capitis in populis.
Tota die verecundia mea contra me
est et confusio faciei mee cooperuit me.
A voce exprobrantis et obloquentis.
a facie inimici et persequentis.

Hec omnia uenerunt super nos: nec
obliti sumus te & inique nō egi
mus in testamento tuo.
Et non recessit retro cor nr̄m: &
declinasti semitas nr̄as a uia tua.
Quōm humiliasti nos in loco afflic
tionis & cooperuit nos umbra mortis.
Si oblitus sumus nomen dei nr̄i: & si
expandimus manus nr̄as ad deum alienū.
Nonne deus requiret ista: ipse enim
nouit abscondita cordis.
Quōm propter te mortificamur tota die
estimati sumus sicut oues occisionis.
Exurge quare obdormis dne: exur
ge & ne repellas in finem.
Quare faciem tuam auertis oblisceris
inopie nr̄e & tribulationis nr̄e.
Quōm humiliata est in pulue anima nr̄a.

conglutinatus est in terra uenter nr̄.

Exurge domine adiuua nos: ⁊ redi
me nos ꝓpter nomen tuum.

Eructauit cor meum uerbum bo
nū dico ego opa mea regi.

Lingua mea calamus scribe: uelociter
scribentis ‖.

Speciosus forma pre filijs hominū
diffusa est gratia in labijs tuis ꝓpterea
benedixit te deus in eternum.

Accinge gladio tuo sup femur tuum
potentissime.

Specie tua ⁊ pulcritudine tua inten
de prospere procede ⁊ regna.

Propter ueritatem ⁊ mansuetudinē
⁊ iusticiā ⁊ deducet te mirabilr̄ dex̄. t̄.

Sagitte tue acute ꝓpli sub te cadent
in corda inimicorum regis.

Sedes tua deus in seculū seculi uirga
directionis uirga regni tui
Dilexisti iustitiā & odisti iniquitatem
propterea unxit te deus deus tuus oleo
letitie pre consortibz tuis.
Myrrha gutta & casia a uestimentis tu
is a domibus eburneis ex quibus
delectauerunt te filie regū in hono
re tuo.
Astitit regina a dextris tuis in uesti
tu deaurato circumdata uarietate.
Audi filia & uide & inclina aurem tu
am & obliuiscē populū tuum & do
mum patris tui.
Et concupiscet rex decorem tuum:
quoniam ipse est dominus deus tuus.
& adorabunt eum.
Et filie tyri in muneribus multi tui

deprecabuntur omnes diuites plebis.
Omnis gloria eius filie regis ab intus
in fimbriis aureis circumamicta uar.
Adducentur regi uirgines post eam:
proxime eius afferentur tibi.
Afferentur in leticia et exultatione:
adducentur in templum regis
Pro patribus tuis nati sunt tibi filii
stitues eos principes super omnem terram
Memores erunt nominis tui in omni gene
ratione et generationem.
Propterea populi confitebuntur tibi
in eternum et in seculum seculi.
Deus noster refugium et uirtus ad
uitor in tribulationibus que inuene
runt nos nimis.
Propterea non timebimus dum turba
bitur terra et transferentur montes in cor

Sonuerunt et turbate sunt aque eorum
conturbati sunt montes in fortitudine eius.
Fluminis impetus letificat ciuitatem
dei: sanctificauit tabernaculum suum altissimus.
Deus in medio eius non commouebitur
adiuuabit eam deus mane diluculo.
Conturbate sunt gentes et inclinata sunt
regna dedit uocem suam et mota est terra.
Dominus uirtutum nobiscum susceptor
noster deus iacob.
Uenite et uidete opera domini: que posu
it prodigia super terram. auferens
bella usque ad finem terre.
Arcum conteret et confringet arma:
et scuta comburet igni.
Uacate et uidete quoniam ego sum deus
exaltabor in gentibus et exaltabor in terra.
Dominus uirtutum nobiscum susceptor noster deus iacob.

Omnes gēs plaudite manibꝫ
iubilate deo in uoce exultacōis
Quīm dō excelsꝰ terribilꝰ rex magnus
sup omnem terram
Subiecit poplōs nobꝫ ⁊ gēs sb pedibꝫ uris.
Elegit nobis hereditatem suam :
speciem iacob. qm dilexit.
Ascendit dēs in iubilo ⁊ dō in uoce tube.
Psallite deo nrō psallite: psallite regi
nostro psallite.
Quīm rex omīs terre dēs psallite sapienter.
Regnabit deus sup gēs: deus sedet.
sup sedem scām suam.
Principes ppl'oꝝ congregati sūt cū
deo abrahā qm dij fortes terre :
uehementer elenati sunt.
Magnus dn̄s ⁊ laudabilis
nimis: in ciuitate dei uri in

in monte scō eius

Fundatur exultatione universe terre:
mons syon latera aquilonis civitas regis magni.

Deus in domibus eius cognoscetur cum
suscipiet eam.

Quoniam ecce reges terre congregati sunt.
convenerunt in unum.

Ipsi videntes sic admirati sunt conturbati sunt
commoti sunt: tremor apprehendit eos

Ibi dolores ut parturientis in spiritu
vehementi conteres naves tharsis.

Sicut audivimus sic vidimus in civi
tate domini virtutum in civitate dei
nostri deus fundavit eam in eternum

Suscepimus deus misericordiam tuam in
medio templi tui.

Secundum nomen tuum deus: sic
et laus tua in fines terre: iustitia

plena est dextra tua.

Letetur mons syon et exultent filie
iude propter iudicia tua dne.

Circumdate syon et complectimini
eam narrate in turribus eius

Ponite corda vra in virtute eius: et
distribuite domos eius ut enarre
tis in progenie altera.

Quoniam hic est deus deus vr in eternum et in
seculum seculi ipse reget nos in secula

Audite hec omnes gentes: auribus
percipite omnes qui habitatis terram

Quique terrigene et filii hominum simul
in unum dives et pauper.

Os meum loquetur sapiam et medi
tatio cordis mei prudenciam.

Inclinabo in parabolam aurem meam
aperiam in psalterio proposicionem meam.

Cur timebo in die mala iniquitas
calcanei mei circumdabit me.
Qui confidunt in virtute sua: et in
multitudine diuiciarum suarum gloriantur.
Frater non redimit redimet homo:
non dabit deo placacionem suam
Et precium redemptionis anime sue:
et laborabit in eternum. et uiuet adhuc
in finem.
Non uidebit interitum cum uiderit sa
pientes morientes simul insipi
ens et stultus peribunt
Et relinquent alienis diuicias su
as et sepulcra eorum domus illorum in eternum.
Tabernacula eorum in progenie et progenie:
uocauerunt nomina sua in terris suis.
Homo cum in honore esset non intel
lexit comparatus est iumentis insi

pientibꝫ ⁊ simul factꝰ ē illis.
Hec via illorum scandalum ipsis.
⁊ postea ore suo complacebūt.
Sicut oues in inferno positi sunt
mors depascit eos.
Et dominabuntur eorum iusti:
in matutino ⁊ auxiliū eorum ve
tascet in inferno glia eorum.
Verumptamen deus redimet aīaꝫ
meam de manu īfi cū acceperit me.
Ne timueris cum diues factus fu
erit homo ⁊ cum multiplicata
fuerit glia domus eius
Quā cum interierit non sumet omnia:
neqꝫ descendet cū eo glia eius.
Quia aīa eius in uita ipsius benedi
cetur confitebr̄ tibi cū bn̄facies ei.
Introibit usqꝫ in progenies pr̄m.

suorū ⁊ usq; metrū nō uidebit lumē.

Homo cum in honore esset nō intellexit
cōparatus ē iumentis insipientibus ⁊ si
milis factus est illis.

Deus deorum dn̄s locutus ē et
uocauit terram.

A solis ortu usq; ad occasum ex hyō
species decoris eius.

Deus manifeste ueniet ds̄ ur ⁊ nō silebit.

Ignis in conspectū eius exardescet ⁊ in
circuitu eius tempestas ualida.

Aduocauit celum desursum ⁊ terram
discernere ppl̄m suum.

Congregate illi scōs eius: qui ordi
nant testamentū eius sr̄ sacrificia.

Et annūciabunt celi iusticiā eius:
quia deus iudex est.

Audi ppl̄s meus ⁊ loquar israel

et testificabor tibi deus deus tuus ego sum.
Non in sacrificiis tuis arguam te: ho
locausta autem tua in conspectu meo semper
Non accipiam de domo tua vitulos
neque de gregibus tuis hircos
Quoniam mee sunt omnes fere silvarum:
iumenta in montibus et boves.
Cognovi omnia volatilia celi: et pul
critudo agri mecum est.
Si esuriero non dicam tibi meus est enim
orbis terre et plenitudo eius.
Numquid manducabo carnes taurorum
aut sanguinem hircorum potabo.
Immola deo sacrificium laudis et red
de altissimo vota tua. Et invoca
me in die tribulationis eruam te
et honorificabis me.
Peccatori autem dixit deus: quare tu

euarrias iusti[illegible]as meas ⁊ assumis
testamentū meum per os tuū.
Tu uero odisti disciplinam ⁊ proie
cisti sermones meos retrorsum.
Si uidebas furem currebas cum eo
⁊ cum adulteris porcōnē tuā ponebas
Os tuum habundauit malicia: ⁊
lingua tua cōcinnabat dolos.
Sedens aduersus fr̄em tuum: loque
baris: ⁊ aduersus filium matris tue
ponebas scandalū hec fecisti ⁊ tacui.
Existimasti iniquē qd̄ ero tui sim
lis: arguā te ⁊ statuā ꝯ faciē tuā.
Intelligite hec qui obliuiscimini
deū. neqn̄ rapiat ⁊ n̄ sit q̄ eripiat.
Sacrificiū laudis honorificabit me
⁊ illic iter quo ondā illi salutare dī.
Miserere mei deus scd̄m mag

nam

nam misericordiam tuam.

Et secundum multitudinem miseracionum tuarum dele iniquitatem meam.

Amplius lauа me ab iniquitate mea et a peccato meo munda me

Quoniam iniquitatem meam ego cognosco et peccatum meum contra me est semper.

Tibi soli peccaui et malum coram te feci ut iustificeris in sermonibus tuis et uincas cum iudicaris

Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum et in peccatis concepit me mater mea.

Ecce enim ueritatem dilexisti incerta et occulta sapiencie tue manifestasti mihi.

Asperges me domine ysopo et mundabor lauabis me et super nuem dealbabor

Auditui meo dabis gaudium et leticiam et exultabunt ossa humiliata.

Auerte faciem tuam a peccatis meis
et omnes iniquitates meas dele.
Cor mundum crea in me deus et spm
rectum innoua in uisceribz meis.
Ne proicias me a facie tua et spm scm
tuum ne auferas a me.
Redde mihi letitiam salutaris tui
et spū principali confirma me.
Docebo iniquos uias tuas et impij
ad te conuertentur.
Libera me de sanguinibz deus deus
salutis mee et exultabit lingua mea
iustitiam tuam.
Dne labia mea aperies et os meum an
nunciabit laudem tuam.
Quā si uoluisses sacrificiū dedissem u
tiqz holocaustis non delectabis.
Sacrificium deo spūs contribulatus

cor contritum ⁊ humiliatum deus
non despines
Benigne fac domine in bona uolun
tate tua sion ut edificentur muri ierl̃.
Tunc acceptabis sacrificium iustitie
oblationes ⁊ holocausta tunc im
ponent super altare tuum uitulos.
Quid gloriaris in ma
litia qui potens es
in iniquitate.
Tota die iniusti
tiam cogitauit lin
gua tua sicut nouacula acuta fe
cisti dolum.
Dilexisti malignam super benignitatem:
iniquitatem magis loqui q̃ equitatem.
Dilexisti omnia uerba precipitationis
lingua dolosa:

Propter deus destruet te in finem
euellet te & emigrabit te de tabe
naculo tuo: & radicem tuam de ter
ra viuentium
Videbunt iusti & timebunt & super
eum ridebunt & dicent. ecce homo
qui non posuit deum adiutorem suum
sed speravit in multitudine divitiarum
suarum & prevaluit in vanitate sua.
Ego autem sicut oliva fructifera in do
mo dei speravi in misericordia dei mei in
& in seculum seculi.
Confitebor tibi in seculum quia fe
cisti & expectabo nomen tuum. quo
niam bonum in conspectu sanctorum tuorum.
Dixit insipiens in corde
suo non est deus.
Corrupti sunt & abho

minabiles facti sunt in iniquitatib⁹
non est qui faciat bonum.
Deus de celo prospex̄ super filios
hominum. ut videat si ē intelligens
aut requirens deum.
Omnes declinauerunt simul inutiles
facti sunt non est qui faciat bonum
nō est usq; ad unum.
Nonne scient omnes qui operantur
iniquitate qui deuorant plebem
meam ut cibū: panis.
Deum nō inuocauerunt illic trepida
uerunt timore ubi nō fuit timor.
Quoniam deus dissipauit ossa eorum
qui hominibus placēt confusi sunt
quoniam deus spreuit eos
Quis dabit ex syon salutare ut l'
cū auertit deus captiuitatem pleb'

sue exultabit iacob ⁊ letabit israel.

Deus in nomine tuo saluum
me fac ⁊ in uirtute tua iudica me.

Deus exaudi orationem meam auribus
percipe uerba oris mei.

Quoniam alieni insurrexerunt aduersum me
⁊ fortes quesierunt animam meam
⁊ non proposuerunt deum ante conspectum suum.

Ecce enim deus adiuuat me ⁊ domi
nus susceptor est anime mee.

Auerte mala inimicis meis ⁊ in ue
ritate tua disperde illos.

Voluntarie sacrificabo tibi ⁊ confitebor
nomini tuo domine quoniam bonum est.

Quoniam ex omni tribulacione eripuisti
me ⁊ super inimicos meos despexit. o. mea.

Exaudi deus deprecationem meam
intende michi ⁊ exaudi me.

⊕ ⁊ ne despexeris deprecacionem meam

Contristatus sum in exercitatione mea
& conturbatus sum a voce inimici &
a tribulatione peccatoris
Quoniam declinaverunt in me iniquitates
& in ira molesti erant mihi
Cor meum conturbatum est in me
& formido mortis cecidit super me.
Timor & tremor venerunt super me:
& contexerunt me tenebre
& dixi quis dabit mihi pennas sicut
columbe: & volabo & requiescam.
Ecce elongavi fugiens & mansi in
solitudine.
Expectabam eum qui salvum me fecit
a pusillanimitate spiritus & tempestate.
Precipita domine divide linguas eorum
quoniam vidi iniquitatem & contradictionem
in civitate.

Die ac nocte circumdabit eam sup mu
ros eius iniquitas: et labor in me
dio eius et iniusticia
Et non defecit de plateis eius usura et dolus
Quoniam si inimicus meus maledixisset mi
sustinuissem utique.
Et si his qui oderant me super me mag
na locutus fuisset abscondissem me
forsitan ab eo.
Tu vero homo unanimis dux meus
et notus meus.
Qui simul mecum dulces capiebas ci
bos in domo dei ambulabimus cum consensu.
Veniat mors sup illos et descendant
in infernum viventes.
Quoniam nequicie in habitaculis eorum:
in medio eorum.
Ego autem ad deum clamavi et dns

saluauit me.

Vespe ⁊ mane ⁊ meridie narrabo ⁊
annunciabo ⁊ exaudiet uocē meā.

Redimet in pace animā meam ab
hijs qui appropinquāt mi quoniā
inter multos erant mecum.

Exaudiet deus ⁊ humiliabit illos
qui est ante secula.

Non enim est illis cōmutatio ⁊ nō
timuerunt dm̄ : extendit manū
suam in retribuendo

Contaminauerunt testamētum
eius diuisi sunt ab ira multꝰ eius
⁊ appropinquauit cor illius.

Molliti sunt sermones eius sup oleū :
⁊ ipsi sunt iacula.

Iacta sup dominū curam tuam ⁊ ipse
te enutriet non dabit in eternum

fluctuationem iusto. Tertius

Tu uero deus deduces eos in puteū
uiri sanguinū ⁊ dolosi non dimidia
bunt dies suos ego aūt sp̄abo ī te dō.

Miserere mei deus q̄m conculcauit
me homo tota die impugnās
tribulauit me.

Conculcauerunt me inimici mei: to
ta die q̄m multi bellātes aduersū me.

Ab altitudine diei timebo: ego ue
ro in te sperabo.

In deo laudabo sermones meos in
deo speraui. n̄ timebo q̄d faciat mi caro

Tota die uerba me execrabantur ad
uersum me oēs cogitacōes eorū ī malū

Inhitabunt ⁊ abscondent. ipi calca
neum meum obseruabunt.

Sicut sustinuerunt aīam meam pro

nichilo salvos facies illos in ira po
pulos confringes.

Deus vitam meam annunciavi tibi
posuisti lacrimas meas in conspectu tuo.

Sicut et in promissione tua: tunc con
vertentur inimici mei retrorsum.

In quacumque die invocaverio te ecce cog
novi quoniam deus meus. es

In deo laudabo verbum in domino lauda
bo sermonem in deo speravi non ti
mebo quid faciat michi homo

In me sunt deus vota tua que reddam
laudationes tibi.

Quoniam eripuisti animam meam de mor
te pedes meos de lapsu ut placeam
coram deo in lumine viventium

Miserere mei deus miserere mei
quoniam in te confidit anima mea.

Et membra alarum tuarum sperabo donec transeat iniquitas.
Clamabo ad deum altissimum: deum qui benefecit mihi.
Misit de & liberauit me: dedit in obprobrium conculcantes me.
Misit deus misericordiam suam & veritatem suam & eripuit animam meam de medio catulorum leonum dormiui conturbatus.
Filii hominum dentes eorum arma & sagitte & lingua eorum gladius acutus.
Exaltare super celos deus: & in omnem terram gloria tua.
Laqueum paruerunt pedibus meis: & curuauerunt animam meam.
Foderunt ante faciem meam foueam & transierunt in eam.
Paratum cor meum deus paratum cor

meum cantabo & psalmū dicam.
Exurge gla mea: exurge psalterium
& cithara exurgam diluculo.
Confitebor tibi dñe inter populos & psalmū
dicam tibi in gentibus.
Quia magnificata est usq; ad celos
misericordia tua & usq; ad nubes veritas tua
exaltare super celos deus & super om
nem terram gloria tua.
Si vere utique rectitudinem loquimini
recte iudicate filii hominum.
Etenim in corde iniquitates operamini
in terra iniustitias manus vestre concinnat
Alienati sunt peccatores a vulva erra
verunt ab utero loquentes falsa.
Furor illis secundum similitudinem serpen
tis sicut aspidis surde & obturantis aures suas.
Que non exaudiet vocem incantantis.

et venefici incantantis sapienter.
Deus conteret dentes eorum in ore
ipsorum molas leonum confringet dominus
Ad nichilum devenient tanquam
aqua decurrens intendit arcum
suum donec infirmentur
Sicut cera que fluit auferentur
supercecidit ignis et non viderunt solem.
Priusquam intelligerent spine vestre rap
tum sicut viventes sic in ira absorbebit eos.
Letabitur iustus cum viderit vindictam
manus suas lavabit in sanguine pecoris
Et dicet homo si utique est fructus iusto
utique est deus iudicans eos in terra.
Eripe me de inimicis meis deus
meus et ab insurgentibus
in me libera me.
Eripe me de operantibus iniquitatem

et de viris sanguinum salua me.
Quia ecce ceperunt animam meam ir
ruerunt in me fortes.
Neque iniquitas mea neque peccatum
meum domine sine iniquitate cucur
ri et direxi.
Exurge in occursum meum et vide
et tu domine deus virtutum deus israel.
Intende ad visitandas omnes gentes
ne miserearis omnibus qui operantur iniquitatem.
Convertentur ad vesperam. et famem pa
tientur ut canes et circumbunt civitatem.
Ecce loquentur in ore suo et gladius
in labiis eorum quoniam quis audivit.
Et tu domine diridebis eos ad nichi
lum deduces omnes gentes.
Fortitudinem meam ad te custo
diam quia deus susceptor meus.

deus meus misericordia eius preveniet me.
Deus ostendit michi super inimicos meos
ne occidas eos ne quando obliviscantur populus meus.
Dispergere illos in virtute tua depone
eos protector meus domine.
Delictum oris eorum sermonem la
biorum ipsorum et comprehendantur in superbia sua.
Et de execratione et mendacio annunciabuntur
in consumacione: in ira consumacionis et non erunt.
Et scient quia deus dominabitur iacob et
finium terre.
Convertentur ad vesperam et famem
patientur ut canes circuibunt civitatem.
Ipsi dispergentur ad manducandum.
si vero non fuerint saturati murmurabunt
Ego autem cantabo fortitudinem
tuam et exultabo mane misericordiam tuam.
Quia factus es susceptor meus:

et refugium meum in die tribulacionis mee.

Adiutor meus tibi psallam. quia deus susceptor meus es deus meus misericordia mea.

Deus repulisti nos et destruxisti nos iratus es et misertus es nobis.

Commouisti terram et conturbasti eam sana contriciones eius quia commota.

Ostendisti populo tuo dura potasti nos uino compunctionis.

Dedisti metuentibus te significacionem ut fugiant a facie arcus.

Ut liberentur dilecti tui: saluum fac dextera tua et exaudi me.

Deus locutus est in sancto suo letabor et partibor siccimam et conuallem tabernaculorum metibor

Deus est gala ad meus est manasse
et effraim fortitudo capitis mei.
Iuda rex meus moab olla spei mee
In idumeam extendam calciamē
tum meum mi aliegene subditi sunt.
Quis deducet me in ciuitatē mum
tam quis deducet meusq; i ydumeā.
Nonne tu deus qui repulisti nos et
non egredieris deus i uirtutibz nris.
Da nobis auxiliū de tribulatione
et : uana salus hominis
In deo faciemus uirtutē et ipe ad
nichilum deducet tribulātes nos.
Exaudi deus deprecationem
meam intende orationi mee.
A finibus terre ad te clamaui : du
anxiaretur cor meū in pet exal. me.
Deduxisti me quia factus es spes

Inea turris fortitudinis a facie inimici.
Inhabitabo in tabernaculo tuo in seculum
protegar in velamento alarum tuarum.
Quoniam tu deus meus exaudisti orationem
meam. dedisti hereditatem timentibus nomen tuum.
Dies super dies regis adjices annos
eius usque in diem generationis et generationis.
Permanet in eternum in conspectu dei
misericordia et veritas illi quis requiret.
Ideo psalmum dicam nomini tuo in seculum
seculi. ut reddam vota mea de die in diem.
Homine deo subiecta erit anima
mea ab ipso enim salutare meum.
Etenim ipse deus meus et salutaris
meus susceptor meus non movebor
amplius.
Quousque irruitis in hominem. interficitis

ficatis inmisi nos tanquam parieti
inclinato et macie depulsi.
Verumptamen precium meum cogita
uerunt repellere cucurri in siti: ore
suo benedicebant et corde suo maledicebant.
Verumptamen deo subiecta esto anima
mea quoniam ab ipso patientia mea.
Quia et ipse deus meus et saluator meus
adiutor meus non emigrabo.
Iudeo salutare meum. et gloria mea
deus auxilii mei et spes mea in deo est.
Sperate in eo omnis congregatio
populi: effundite coram illo corda
uestra: deus adiutor noster in eternum.
Verumptamen uani filii hominum
mendaces filii hominum in stateris: ut
decipiant ipsi de uanitate in idipsum.
Nolite sperare in iniquitate et rapinas

nolite concupiscere divitias si affluant
nolite cor apponere.
Semel loquutus est deus duo hec audivi quia potestas dei est et tibi dñe
misericordia. quia tu reddis unicuique iuxta
Deus deus meus ad te de luce vigilo.
Sitivit in te anima mea quam multiplicabitur tibi caro mea.
In terra deserta invia et inaquosa sic in sco apparui tibi ut videre
virtutem tuam et gloriam tuam.
Quoniam melior est misericordia tua super vitas
labia mea laudabunt te.
Sic benedicam te in vita mea et in
nomine tuo levabo manus meas
Sicut adipe et pinguedine repleatur anima mea et labijs exultationis

laudabit os meum.

Sic memor fui tui sup stratum meum
in matutinis meditabor in te quia
fuisti adiutor meus

Et in uelamento alarum tuarū exulta
bo adhesit aīa mea post te me sus
cepit dextera tua.

Ipsi uero in uanum quesierunt aīam
meam introibunt in inferiora terre
tradentur in manus gladii par
tes uulpium erunt

Rex uero letabitur in deo laudabunt
omēs qui iurant in eo quia obstruc
tum est os loquentiū iniqua.

Exaudi deus orationem meā
cum deprecor a timore inimici
eripe animam meam.

Protexisti me a conuentu malig

nantium a multitudine operantium iniquitatem.
Quia exacuerunt ut gladium lingu
as suas intenderunt arcum rem
amaram ut sagittent in occultis
immaculatum.
Subito sagittabunt eum et non ti
mebunt firmauerunt sibi sermonem nequam.
Narrauerunt ut abscondent laque
os: dixerunt quis uidebit eos
Scrutati sunt iniquitates: defecerunt
scrutantes scrutinio.
Accedet homo ad cor altum et exaltabitur deus
Sagitte paruulorum facte sunt plage eorum
et infirmate sunt contra eos lingue eorum
Conturbati sunt omnes qui uidebant
eos et timuit omnis homo.
Et annunciauerunt opera dei et facta
eius non intellexerunt.

Letabitur iustus in dño et sperabit
in eo et laudabuntur oes recti corde.
Te decet ymnus deus in syon
et tibi reddetur votum in ierusalem.
Exaudi orationem meam ad te
omnis caro veniet.
Verba iniquorum prevaluerunt super
nos et impietatibus nris tu propiciabis.
Beatus quem elegisti et assumpsisti
habitabit in atriis tuis.
Replebimur in bonis domus tue.
sanctum est templum tuum mirabile in equitate.
Exaudi nos deus salutaris noster
spes omnium finium terre et in mari longe.
Preparans montes in virtute tua
accinctus potencia. qui conturbas
profundum maris sonum fluctuum eius
turbabuntur gentes et timebunt qui

hitant terminos a signis tuis exit-
matutini et vespere delectabis
Visitasti terram et inebriasti eam multi
plicasti locupletare eam.
Flumen dei repletum est aquis paras
ti cibum illorum quoniam ita est preparatio eius.
Gurgites eius inebrians multiplica
gemmina eius in stillicidiis eius
letabitur germinans.
Benedices corone anni benignitatis
tue et campi tui replebuntur ubertate.
Pinguescent speciosa deserti et exul
tatione colles accingentur.
Induti sunt arietes ovium et valles
habundabunt frumento clamabunt et
enim principium dicent.
Iubilate deo omnis terra. psal
mum dicite nomini eius date. gl. l. e.

Dicite deo q̄m tribilia sunt opa tua
domine in multitudine uirtutis tu
e mentientur tibi inimici tui.
Omnis terra adoret te deus & psal
lat tibi. psalmū dicat nō tuo.
Venite & uidete opa dei tribilis in con
filijs sup filios hominum.
Qui conuertit mare in aridam in flumi
ne pertransibūt pede ibi letabimur in ip̄o.
Qui dominatur in uirtute sua in eter
num oculi eius sup gentes respi
ciunt qui exasperāt se exaltentur in se
metipsis.
Benedicite gentes deum nr̄m & audi
tum facite uocem laudis eius.
Qui posuit aiam meam ad uitā. & nō
dedit in cōmotionē pedes meos.
Quoniam probasti nos deus igne

nos examinasti sicut examinatur argentum.
Induxisti nos in laqueum posuisti tri-
bulationes in dorso nostro imposuisti
homines super capita nostra.
Transiuimus per igneum et aquam:
et eduxisti nos in refrigerium.
Introibo in domum tuam in holocaus-
tis reddam tibi uota mea que dis-
tinxerunt labia mea. mea.
Et locutum est os meum in tribulatione
Holocausta medullata offeram tibi
cum incenso arietum offeram tibi
boues cum hircis.
Venite audite et narrabo omnes qui
timetis dominum. quanta fecit anime mee.
Ad ipsum ore meo clamaui: et exul-
taui sub lingua mea.
Iniquitatem si aspexi in corde meo non

exaudiet dominus.

Propterea exaudiuit deus: et atten
dit uoci deprecationis mee.

Benedictus deus qui non amouit ora
tionem meam et misericordiam suam a me.

Deus misereatur nostri et bene
dicat nobis illuminet uultum suum.
super nos et misereatur nostri.

Ut cognoscamus in terra uiam tuam
in omnibus gentibus salutare tuum.

Confiteantur tibi populi deus confi
teantur tibi populi omnes.

Letentur et exultent gentes quoniam
iudicas populos in equitate et
gentes in terras dirigis.

Confiteantur tibi populi deus confi
teantur tibi populi omnes terra de
dit fructum suum.

Benedicat nos deus deus nr̄ bñdi
cat nos deus ⁊ metuant eum
omnes fines terre.
Exurgat deus ⁊ dissipentur
inimici eius ⁊ fugiant
qui oderunt eum a facie eius.
Sicut deficit fumus deficiāt sic
fluant cera a facie ignis sic pereant
peccatores a facie dei.
Et iusti epulentur ⁊ exultent in
conspectu dei ⁊ delectentur in leticia.
Cantate deo psalmum dicite nomi
ni eius iter facite ei qui ascendit su
per occasum dominus nomen illi.
Exultate in conspectu eius turbabit
a facie eius pr̄s orphanorum
⁊ iudicis viduarum.
Deus in loco scō suo deus qui

hitare facit unius moris in domo
Qui educit vinctos in fortitudine sili-
eos qui exasperant qui habitant in sepulcris
Deus cum egrediueris in conspectu populi
tui. cum pertransieris in deserto.
Terra mota est etenim celi distilla-
uerunt a facie dei sinay a facie dei israel.
Pluuiam uoluntariam segregabis
deus hereditati tue et infirmata est
tu uero perfecisti eam.
Animalia tua habitabunt in ea: pa-
rasti in dulcedine tua pauperi deus
Dominus dabit verbum euangelizan-
tibus uirtute multa.
Dex uirtutum dilecti dilecti et speci
domus diuidere spolia.
Si dormiatis inter medio cleros:
penne columbe deargentate et

posteriora dorsi eius in pallore auri.
Cum discernit celestis regis super eam:
nive dealbabuntur in selmon mons
dei mons pinguis.
Mons coagulatus mons pinguis ut quid spi
camini montes coagulatos
Mons in quo beneplacitum est domino
habitare in eo etenim dominus habitabit in finem.
Currus dei decem milibus multiplex mi
lia letantium dominus in eis in sinaysco.
Ascendisti in altum cepisti captivitatem
accepisti dona in hominibus.
Etenim non credentes inhabitare dominum deum.
Benedictus dominus die cotidie prosper
um iter faciet nobis deus sa
lutarium nostrorum.
Deus noster deus salvos faciendi et domi
ni domini exitus mortis.

Verumptamen deus confringet ca
pita inimicorum suorum. verticē
capilli perambulanciū in delicti sui.
Dixit dominus ex basan conuertā: con
uertam in profundum maris.
Ut intinguatur pes tuus in san
guine lingua canum tuorum:
ex inimicis ab ipso.
Viderunt ingressus tuos deus: in
gressus dei mei qui est in scō.
Preuenerunt principes cōuincti
psallentibus in medio iuuen
cularum tympanistriarū.
In ecclesijs bñdicte dō dño de fontibus israel.
Ibi beniamin adolescentulus in mentis excel.
Principes iuda duces eorum principes
zabulon principes neptalim
Manda deus uirtuti tue confirma

deus hoc quod operatus es in nob'
A templo tuo qu[illegible] in ierusalem tibi
offerent reges munera.
Increpa feras arundinis congrega
cio taurorum in uaccis populorum
ut excludant eos qui probati sunt argento.
Dissipa gentes que bella uolunt ueni
ent ligati ex egipto ethiopia pre
ueniet manus eius deo.
Regna terre cantate deo psallite dno.
Psallite deo qui ascendit super celum
celi ad orientem.
Ecce dabit uoci sue uocem uirtutis
date gloriam deo super israel magni
ficencia eius et uirtus eius in nubibus.
Mirabilis deus in sanctis suis deus
israel ipse dabit uirtutem et fortitudi
nem plebi sue benedictus deus.

Ellum me fac de-
quoniam intraue-
runt aque usq;
ad aiam meam.
Infixus sum
in limo pfundi
et non e substancia.
eni in altitudine maris et tempestas
demersit me.
Laboraui clamans rauce facte sunt fau-
ces mee: defecerunt oculi mei dum spe-
ro in deum meum.
Multiplicati sunt sup capillos capitis
mei qui oderunt mei gratis.
Confortati sunt qui psecuti sunt me
inimici mei inuiste que non rapui tunc
exsoluebam.
Deus tu scis insipienciam meam: et

delicta mea a te non sunt abscondita.
Non erubescant in me qui exspectant
te domine deus uirtutum.
Non confundantur super me quærentes
Quoniam propter te sustinui obprobrium operuit
confusio faciem meam
Extraneus factus sum fratribus meis:
et peregrinus filius matris mee.
Quia zelus domus tue comedit me: et
obprobria exprobrantium tibi
ceciderunt super me.
Et operui in ieiunio animam meam.
et factum est in obprobrium mihi.
Et posui uestimentum meum cilicium
et factus sum illis in parabolam
Aduersum me loquebantur qui sedebant in porta et in me psallebant
qui bibebant uinum.

Ego uero oracionem meam ad te dominus
tempus beneplaciti deus
In multitudine misericordie tue exaudi me
in ueritate salutis tue.
Eripe de luto ut non infigar libera
me ab his qui oderunt me et de profundis aquarum
Non me demergat tempestas aque
neque absorbeat me profundum nec
iugeat super me puteus os suum.
Exaudi me domine quoniam benig
na est misericordia tua: secundum multi
tudinem miserationum tuarum
respice in me
Et ne auertas faciem tuam a puero tuo
quoniam tribulor uelociter exaudi me.
Intende anime mee et liberam eam propter
inimicos meos eripe me
Tu scis improperium meum et confu

sionem meam & reuerentiam meam.
In conspectu tuo sunt omnes qui tribulant me improperium expectauit cor meum & miseriam.
Et sustinui qui simul contristaret & non fuit qui consolaret & non inuenit.
Et dederunt in escam meam fel: & in sitim meam potauerunt me aceto.
Fiat mensa eorum coram ipsis in laqueum & in retributiones & in scandalum.
Obscurentur oculi eorum ne uideant & dorsum eorum semper incurua.
Effunde super eos iram tuam & furor ire tue comprehendat eos
Fiat habitatio eorum deserta: & in tabernaculis eorum non sit qui inhabitet.
Quoniam quem tu percussisti: persecuti

sunt et super dolorem vulnerum eo
rum addiderunt.

Appone iniquitatem super iniquitatem eorum
et non intrent in justitiam tuam.
Deleantur de libro viventium et cum
justis non scribantur.

Ego sum pauper et dolens salus
tua deus suscepit me.

Laudabo nomen dei cum cantico et
magnificabo eum in laude.

Et placebit deo super vitulum vi
tulum cornua producentes et ungulas.

Videant pauperes et letentur querite
deum et vivet anima vestra.

Quoniam exaudivit pauperes dominus:
et vinctos suos non despexit.

Laudent illum celi et terra. mare et om
nia reptilia in eis.

Quoniã deus saluam faciet syon:
et edificabuntur ciuitates iude.
Et habitabunt ibi et hereditate acquirent eã.
Et semen seruoꝝ eius possidebit eã
et qui diligũt nomẽ eius habitabũt in ea.

Deus in adiutoriũ meum intẽde: dñe ad adiuuandũ me festina.
Confundantur et reuereantur qui querunt animam meam
Auertantur retrorsum et erubescant qui uolunt michi mala.
Auertantur statim erubescẽtes qui dicunt michi euge euge.
Exultent et letentur in te omnes qui querunt te et dicant semper magnificetur dominus qui diligũt saluare tuum.
Ego uero egenus et pauper sum deus adiuua me.

Adiutor meus & liberator meus es
tu domine ne moreris.

In te domine speraui non confun
dar in eternum in iustitia tua libe
ra me & eripe me.

Inclina ad me aurem tuam & salua me.
Esto michi in deum protectorem & in
locum munitum ut saluum me facias
